BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH
THE GLORY OF GOD IS INTELLIGENCE
1875
1973
BYU
LIBRARY
CLARK

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH
THE GLORY OF GOD IS INTELLIGENCE
1875
1932
CLARK
LIBRARY
B Y U

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Brigham Young University

http://www.archive.org/details/cataloguscodicum03baye

CATALOGUS

CODICUM LATINORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE

MONACENSIS.

EDITIO ALTERA
EMENDATIOR.

TOMI I PARS I.
CODICES NUM. 1—2329 COMPLECTENS.

MONACHII
A. M. D. CCCXCII.
SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.
PROSTAT IN LIBRARIA REGIA PALMIANA.

CATALOGUS

CODICUM MANU SCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE

MONACENSIS.

TOMI III PARS I.

CODICES LATINOS CONTINENS.

EDITIO ALTERA.

MONACHII

SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.

CATALOGUS

CODICUM MANU SCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE

MONACENSIS.

TOMI III PARS I.
CODICES LATINOS CONTINENS.
EDITIO ALTERA.

MONACHII
A. M. D. CCCXCII.
SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.
PROSTAT IN LIBRARIA REGIA PALMIANA.

Z
6621
.M91
vol. 3
pt. 1-3

CATALOGUS

CODICUM LATINORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE

MONACENSIS.

EDITIO ALTERA
EMENDATIOR.

TOMI I PARS I.
CODICES NUM. 1—2329 COMPLECTENS.

MONACHII
A. M. D. CCCXCII.
SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.
PROSTAT IN LIBRARIA REGIA PALMIANA.

THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

Prima pars catalogi codicum Latinorum, quam nunc publicamus, continet libros veteris bibliothecae electoralis, inter quos eminent codices ab **Hartmanno Schedelio** et a **Petro Victorio** collecti, et eos qui ad res Bavaricas spectant. Hi enim, cum variae bibliothecae monasteriorum sublatorum in unam congestae essent, ex reliquorum numero exempti et proprie Bavarici appellati sunt. Utriusque harum partium amplus exstat catalogus manu scriptus. Codices enim bibliothecae electoralis usque ad num. 698 ab **Ignatio Hardtio** descripti sunt, ita prolixe, ut eius opus tria satis magna volumina complectatur. Pars ab eo relicta continuata et suppleta est ab **Jo. Andrea Schmellero,** qui in suo negotio minus quidem copiose, sed satis accurate versatus est. Codices autem Bavaricos descripsit **Franciscus Hoheneicher,** quondam archivarius Ludovici Josephi episcopi Frisingensis, homo rerum Bavaricarum in primis peritus. His subsidiis ego et Laubmannus bibliothecae regiae adiunctus, qui dimidiam fere partem codicum solus in ordinem redegit, ita usi sumus, ut singulis codicibus iterum accurate inspectis priorum descriptiones in breviorem formam redigeremus, sed iidem multa supplevimus et correximus, quae minus recte descripta deprehendimus. Praeterea ubi opus esse visum est, libros indicavimus, in quibus typis expressa sunt quae in codicibus nostris scripta continentur. Poteramus facili negotio in hac operis parte etiam copiosiores esse, sed velim iudices aequi hoc cogitent, codices Latinos Monacenses ad numerum quindecim milium prope accedere, in quibus describendis si quis hoc sibi sumpserit, ut omnem eruditionis copiam effundat, vanae gloriolae cupiditate inflatus nihil aliud efficiat quam

ut opus felici conatu tandem inceptum numquam ad exitum perducatur. Equidem horrore quodam perfundor, cum memoria repeto, quantum temporis in solis indicibus huius parvi voluminis conficiendis consumptum sit.

Scripsi mense Junio a. 1868.

Carolus Halm,
bibliothecae praefectus.

Catalogi codicum latinorum, quorum descriptionem C. Halmius († 5. Oct. 1882) infatigata industria vix quatuordecim annis (1868—1881) septem voluminibus absolverat, nova iam incipit editio prodire multis numeris castigata et locupletata. Operis autem redintegrandi laborem susceperat **Gulielmus Meyer** Spirensis, cuius post vocationem Gottingensem **Sigism. Riezler** collega inde a n. 401 omnes fere codices denuo inspexit multaque emendavit et supplevit, notitiis usus litterariis, quas Fr. Keinzius collega et ipse et collegarum auxilio viginti fere annis congesserat. In posteriore huius voluminis parte litterae minutae et asterisci passim numeris appositi significant codices, qui ut archivalia potius continentes iussu ministerii regii annis 1874 sqq. traditi sunt tabulario regio Monacensi ('K. Reichsarchiv'), quod eodem quo bibliotheca aedificio continetur; quatuor vero codices ex bibliotheca abhinc plus centum annis abalienatos nuper restitutos et satis copiose descriptos sub n. 199, 965—967 invenies.

Monachii, Calend. Octobr. 1892.

Georgius Laubmann,
bibl. praef.

Nr. 1—964.

Codices veteris bibliothecae electoralis Monacensis.

---

1 in 2^0. s. XVI. 615 fol.

Annales de vetustate originis, amoenitate situs, splendore aedificiorum ac rebus gestis civium Reipublicaeque Augstburgensis, usque ad ann. 1576, collecti et digesti per A. P. G. L. (Achillem Pirminium **Gasserum** Lindaviensem). E codice autographo bibl. duc. Saxo-Gothanae idem opus ed. Mencke, Script. rer. Germ. I, 1316 sqq. Praecedunt epistolae ab autore ad Joh. Bapt. Haintzelium et ab Haintzelio ad autorem directae de ann. 1571, 1572, quarum posterior edita est a Mencke l. c. 1594.

2 membr. in fol. maximo a. 1135. 115 fol.

Fol. 1 Testamentum Embriconis episcopi (ab a. 1064—1077) Augustani (de donatione ecclesiae Aug. facta).

Excerptum ex gallica historia. cf. Grimmii myth. G. 182 ed. II et Mon. Germ. Scr. XXIII, 387.

f. 1^b—3^b Calendarium ecclesiae Augustanae cum notatis historicis de ann. 1486 et 1487.

f. 2 Versus saec. XII. Inc. „Grata bonum tot dant fratrem."

f. 4 **Isidori Hispalensis** chronicon.

f. 6^b Annales Augustani. Cf. Mon. Germ. Scriptt. III, 123.

f. 9^b Statuta capituli Augustani.

f. 10—17 et 112—115 Super canonem Missae.

f. 18—87 **Heimonis** presb. in eccl. S. Jacobi extra muros Bambergae consideratio annorum saeculi et Christi Jesu (s. Chronicon usque ad a. 1135). Cyclus paschalis, qui incipit f. 39 et cui passim notitiae historicae adscriptae sunt, ultra deductus est, scil. usque ad a. 1595. Sequitur fol. 83^b sqq. Ratio collectariae figurae embolismorum. cf. Mon. Germ. Scriptt. X, p. 2 sqq.

f. 38^b Matrimonii formula Suevica germanice (Schwabenehe), cum ab aliis publicata, tum a Muellenhoffio et Scherero in 'Denkmäler deutscher Poesie und Prosa' p. 239.

f. 88—111 **Hugonis** de S. Victore, de tribus maximis circumstantiis liber. Inc. 'Fili sapientiae thesaurus es et cor tuum archa' etc. Sunt tabulae chronologico-historicae; cf. Pertzii Arch. XI, p. 306 sqq. (folia 105—108 saec. XVI a canonico Matthaeo Marescalco de Pappenheim suppleta sunt; in spatio vacuo fol. 89^b, antequam tabulae incipiant, leguntur aliquot notata historica, quorum pars impressa est in Mon. Germ. Legg. II, 62).

f. 111^b Celestini Papae breve ad canonicos Augustanos missum de canonicis ab intestato aut testatis mortuis.

f. 114^b Testamentum Imp. Heinrici V a. 1110 datum in gratiam canonicorum ecclesiae Augustanae. E nostro codice ed. Stumpf, Die Reichskanzler III, Nr. 84.

f. 115 **Albini** magistri ad Heribertum archiep. epistola de adventu Antichristi. Cf. ed. Frob. II, 527.

Codicem iam ante amplius CCC annos ex bibliotheca capituli Augustani in electoralem illatum esse certo testimonio constat; aliud traditum est in Serapeo XVIII, p. 331. Cf. de codice etiam K. Roth Kleine Beiträge III, p. 237 sqq.

3 2^0. s. XV. 175 fol. codex Hartmanni Schedelii.

Jacobi de Forlivio scriptum super aphorismos Hippocratis cum eiusdem super eosdem quaestionibus. Praemissum est manu H. Schedelii epitaphium Jacobi Forl. 'in ecclesia heremitanorum Padue sepulti', qui obiit ann. 1413, Febr. 12.

4 membr. 2^0. s. XIV. 263 fol. liber H. Schedelii.

Decretalium liber cum commentario. Praemissum est commentum arboris consanguinitatis et affinitatis magistri **Johannis de Deo** sacerdotis Hispani. f. 263^b notula scripta in studio Libczensi ann. 1412.

5 membr. 2^0. s. XIV'(a. c. 1304). 263 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Galeni** liber de elementis. f. 9 Eiusdem liber pharmacorum. f. 11 De haeresibus modernorum medicorum. f. 12 **Galenus** de sectis. f. 21 Idem de accidenti et morbo. f. 42 Idem de regimine sanitatis interprete Burgundio (sic h. l., sed infra in genetivo Burgundionis). f. 61 Idem de interioribus passionibus membrorum. f. 112 Idem de febribus. f. 127 Tractatus tres de complexionibus (sunt Galeni de temperamentis). f. 143 Liber de malitia complexionis diversae (cf. cod. n. 11 fol. 94). f. 145 **Galeni** libri III de crisi. f. 168 Eiusdem libri III de diebus criticis. f. 181 Eiusdem liber de optima corporis nostri compositione et bona habitudine, translatus per **Petrum** medicum, Paduanum. f. 183 Idem de alimentorum virtutibus. f. 203 Idem de virtutibus naturalibus. f. 221 Liber de iuvamentis

membrorum recollectus a libro Galeni de utilitate particularum. f. 243 **Galeni** liber de causis pulsuum cum commento **Burgundionis.**

Schedelius, ut narrat in folio f. I agglutinato, anno 1503 hunc codicem emit a patribus monasterii st. Augustini (Nuerembergensis), mundari, restaurari, ligari et in fol. 1 per dictum Elsner angelum arma sua portantem pulchre depingi fecit.

6 2°. saec. XVI. 459 fol.

Euclidis elementorum libri XV cum **Procli, Barlaami** et **Hypsiclis** commentariis. f. 439 **Euclidis** specularia. f. 448 Eiusdem phaenomena, omnia **Bartholomeo Zamberto** Veneto interprete.

Subscriptioni libri quarti Procli haec addita sunt fol. 154: Anno Salutis MDXXXVIIII Mense septimo: anno interpretis VI et LX absoluto.

7 2°. s. XV. 265 fol. liber H. Schedelii.

Petri de Argillata sex libri de chirurgia. Registrum praemissum scripsit H. Schedelius.

f. 240 Problemata magistri **Mafrii** (immo Maffaei, cf. Jöcher s. v. Vegius IV. 1494) **de Laude.**

f. 251[b] **Bartholomei de Montignano** Antidotarium.

F. 1 depicta sunt arma Schedelii et uxoris eius.

8 2°. s. XV. 158 fol. liber H. Schedelii, completus Paduae ann. 1464.

Fol. 1—9 Registrum operum in hoc volumine contentorum manu H. Schedelii scriptum.

f. 10—19 **Nicolai** (Rhegii s. Rhegini) antidotarium.

f. 20—119 Opera **Johannis Ebn Mesuae** (de consolatione medicinarum simplicium et solutivarum, de simplicibus, antidotarium). Titulum H. Schedelius praefixit.

f. 120—138 Additiones libri Mesuae ut communiter traditur Francisci pede montium, immo **Conciliatoris (Petri de Abano).** Anno 1464 in Padua.

f. 138—158 Additiones Antidotarii **Bartholomei de Montignano** (manu H. Schedelii scriptae ann. 1467 in Nuremberga). De imagine italica aeri incisa, quae tegumento posteriori agglutinata erat, cf. W. Meyer (Centralblatt f. Bibliothekwesen 1885, p. 20).

9 2°. a. 1469. 310 fol. liber H. Schedelii.

Consilia **Antonii Cermisoni** doctoris Paduani ordinata secundum omnes viginti duas fen aegritudinum a capite usque ad pedes libri tertii magni canonis Avicennae. f. 11 depicti sunt st. Lucas, Cosmas, Damianus, arma Schedelii et uxoris eius.

Liber totus Schedelii manu exaratus est.

10 2°. saec. XV. 152 fol. liber H. Schedelii, antea Sebaldi Mulner, artium et utriusque medicinae doctoris.

Galleacii (sic) **de Sancta Sophia,** medici Imper. Alberti, practica de febribus et suis accidentibus.

11 membr. 2°. s. XIV. II et 96 fol. liber H. Schedelii.

Fol. II H. Schedelii nota biographica de Galeno. f. 1 **(Galeni)** de morbo et accidente libri VI. f. 16 Eiusdem de ingenio sanitatis liber a **Gerardo Carmonensi** (sic) de arabico in lat. translatus. f. 36 Eiusdem de differentiis febrium liber a **Burgundione** e graeco in lat. translatus. f. 45 Eiusdem de regimine sanitatis libri VI eodem interprete. f. 60 Eiusdem de simplici medicina libri V. f. 94 **Galenus** de malitia complexionis diversae. f. 96 Idem de complexionibus. Non superest nisi initium huius libri

12 2°. s. XV. 284 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Michaelis de Savonarola** Patavini Practica de aegritudinibus. Additus est manu H. Schedelii prologus ad Sigismundum Polcastrum, qui non exstat in ed. Veneta a. 1486. f. 3 patroni medicorum, st. Lucas, Cosmas, Damianus, sunt depicti.

f. 277 **Rasis** de aegritudinibus iuncturarum.

13 2°. a. 1464 sqq. 225 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Matthaei de Bolderiis** Veronensis, doctoris Paduani, Aggregatio simplicium medicinarum diversoruma uctorum secundum aureolas Avicennae ordinatarum. f. 117[b] cf. Forschungen z. Deutschen Gesch. XI, p. 366.

f. 131 **Bartholomaei de S. Sophia** Paduani Practica.

f. 187 Eiusdem tractatus de febribus. f. 214 Eiusdem consilium sive tractatus contra pestem. f. 214[b] Consilium aliud contra epidemialem pestem doctoris **Stephani de doctoribus.**

f. 215 Tractatus de iudiciis urinae.

f. 221 Cura apostematis pestilentialis.

f. 222 Examen et processus impotentum et frigidorum, leprosorum, epilepticorum.

f. 223 Index lectionum, quas H. Schedelius 'in studio Paduensi' a. 1464—1466 frequentavit. Cf. Forsch. l. c. 364.

f. 224 Indulta et concessa ab antiquo pro confectione vinorum per consulatum Nurembergensem et consilium medic. de his.

f. 225 Iuramentum apothecariorum.

f. 225[b] De artificio quo vinum variatur nota. Ex Guilhelmo de Rauenna. 1472.

Totus liber ingens manu Schedelii exaratus est.

14 membr. 2°. s. XIII. 148 fol. liber H. Schedelii.

Canonis Avicennae libri I et II, a **Gerardo Cremonensi** (cirmonensi cod.) translati.

Corio tegumentorum cod. 14, 15, 16 arma Schedelii eiusque uxoris et civitatis Nuerembergensis incisa sunt.

15 membr. 2°. s. XIII. 293 fol. liber H. Schedelii.

Canonis Avicennae libri II et III.

16 membr. 2°. s. XIII. 148 fol. liber H. Schedelii.

Avicennae libri IV et V. — Fol. 147[b] Medicinae oculorum assignatae secundum **Aliaban.**

17 2°. s. XIV. IV et 205 fol. liber H. Schedelii.

(Joannis de Gaddesten) Rosa medicinae (alias Rosa anglicana) V libris absoluta. Adiecta sunt sub finem quaedam astronomica et astrologica, denique fol. 203 Confectio specierum **Bertoldi** pro condiendis cibariis et alia medicinalia.

18 et **19** 2°. a. 1551. 497 et 574 fol.

Sozomeni presbyteri Pistoriensis historiarum ac temporum partes prima et secunda (usque ad 1292). Pars historiarum posterior (inde ab ann. 1362) impressa est apud Murat. Scr. rer. Ital. XVI, p. 1063 sqq.

20 membr. 2°. a. 1314. 253 fol. cum figg.

Digestum vetus cum glossa Accursii.

21 membr. 2°. s. XIV. 288 fol. cum figg.

Digestum novum cum glossa Accursii. Codex ab initio mutilus incipit a verbis: communis paries sustinere possit = lib. 39 tit. 2 fr. 36.

Sicut sequens ex bibliotheca Wigulei Hundt de Lauterpach.

22 membr. 2°. s. XIV. 210 fol.

Codicis Justiniani repetitae lectionis libri I—VIIII. Cf. Pescatore, Die Glossen des Irnerius (1888), p. 8—12.

23 membr. 2°. s. XIV. 309 fol.

Decretalium libri V cum commento (inde a libri I titulo XVII). Cf. Phillips, Kirchenrecht IV, 347; Schulte, Die Dekretalen, passim.

24 membr. 2°. s. XIV. II et 187 fol. liber H. Schedelii.

Henrici de Segusio cardinalis Hostiensis Summa super Decretalibus (alias Summa Hostiensis).

25 in 2°. s. XV. 341 fol. liber H. Schedelii.

Bartholomaei de Montagnana consilia medica. Padue 30. Sept. 1434. f. 1[b] Imago medici. Epigramma diui Barth. de Montagnano archimedici clarissimi doctoris paduani.

Codicis pars ab ipso Schedelio scripta est.

26 in 2°. s. XV. 97 fol. liber H. Schedelii, cui a. 1482 a Sebastiano Lochner donatus est.

Galeni de utilitate particularum, de utilitate digitorum et de motu eorum libri XVII interprete **Nicolao de Regio.**

27 2°. s. XIV et XV. 213 fol. liber H. Schedelii.

Johannis de Monteregio Dialogus et f. 17 G. Purbachii theoricae novae; libri Regiomontani typis impressi, Hain no. 13805 et 13595.

Ab H. Schedelio scripta: f. 38 **Gerardi Cremonensis** Theoricae antiquae planetarum. f. 49 De aspectibus planetarum cum figuris. f. 55 **Alberti Magni** iudicium de libris Messahallach sequentibus: f. 56 **Messahallach** de iudiciis astrorum et f. 59 de revolutione anni. f. 69 De modo componendi Almanach. f. 71 Liber imaginum Thebit Benchoraht (i. e. **Thâbit ibn Korrah**). f. 79 **H. Schedelii** epistola ad Georium Napurg in Reichenbach. f. 79 Tractatus tres de compositione astrolabii; 'Astrolabium facere cum volueris primo fac tabulam.' f. 95[b] 'Fiet primo circulus', f. 97 'In limbo evenienti ponas'. f. 100 Canones utilitatum astrolabii sive Practica astrol. Pragensium 'quia nonnulli'. f. 113 Compositio sphaerae solidae cum utilitatibus 'Totius astrologicae speculationis', cum figuris. f. 128 'Ad faciendum **horologium** i. e. secundum umbras versas' cum fig., f. 132 'Si quis voluerit componere **turketum**', c. fig.

s. XIV f. 139 **Alphonsi** tabulae et f. 161 Canones super has tabulas 'Licet multi libri;' f. 191 'finitae . . per Nicolaum Dotnŏw a. 1396 in oppido Bernensi; testor cum Johanne Lutishofen qui venit in exitu libri; per me foy'. f. 194 'Canones tabularum regis Alphonsi collecti per **Johannem Dankowe de Saxonia** civem in Maegdeburg, finiti a. 1357 Ertfordiae;' f. 203 **Alphonsi** tabulae.

Ab H. Schedelio scripta: f. 209 Coniunctio planetarum cum sole in 12 signis. f. 211 De prognosticatione in annum. In tegumentis fragmenta membr. Codicis Just. a. 1475 Norimbergae impressi.

28 2°. s. XV. 118 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Philippi de Aretio** consilium de regimine sanitatis.

f. 21 **Tacuinum***) **morborum.** Est liber hoc titulo editus: 'Tacuini aegritudinum et morborum ferme omnium corporis humani, cum curis eorundem. Buhahylyha Byngezla Autore.' Argent. apud Joa. Schottum 1532. Auctor est libri **Ibn Djesla** ex Bagdad, v. Wüstenfeld, Gesch. der arab. Aerzte p. 84.

*) Vocabulum depravatum ex arabico *takwîm*, i. e. dispositio per tabellas.

f. 71 **Tacuinum sanitatis.** Editus est liber hoc titulo: 'Tacuini sex rerum non naturalium, cum earum naturis, operationibus et rectificationibus.' Argent. 1532. Auctor est **Abul-Hasan el-Muchtâr,** cf. Wüstenfeld, l. c. pag. 78.

f. 113 Speculatio medicinalis **Mattheoli Perusini,** ordinarii Paduae, a quo Schedelius in eo gymnasio insignia doctoratus accepit.

Magna pars libri a Schedelio ipso scripta est.

29 2°. s. XVI.

Ptolomaei tabulae XII geographicae.

30 2°. s. XV. II et 264 fol. liber H. Schedelii.

Matthaei Silvatici de Salerno (medici Roberti regis) Pandecta synonymarum et medicinarum simplicium aggregatarum. Praecedunt in fol. II notae H. Schedelii de desponsatione sua cum Anna filia Alberti Heugels a. 1474 in absentia sponsorum et de eorum nuptiis 1475, Jan. 16. Nurembergae celebratis. II^{b} Imago medici (Schedelii?) cum versibus in laudem medicinae et sententiis: Omnis medela procedit a summo bono — Potens mederi simplicibus composita medicinalia dolose vel frustra querit.

31 membr. 2°. a. 1320. 202 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Galeni** commenta super libro aphorismorum Hippocratis.

f. 46 **Hippocratis** libri de pharmaciis, de opere medicinae, de experimentis.

f. 47 **Galeni** commenta super librum prognosticorum Hippocratis.

f. 78^{b} **Hippocratis** liber secretorum, f. 79 liber de lege.

f. 80 **Galeni** commenta super libro regiminis acutorum Hippocratis.

f. 130 Primus liber epidimiarum **Hippocratis.**

f. 132^{b} **Johannis Damasceni** liber aphorismorum.

f. 134 **Galeni** liber migrotechni (*μικρὰ τέχνη*) cum commento **Hali.**

f. 197 **Hippocratis** (?) lib. de natura fetus. f. 199^{b} Eiusdem libellus de virtute lunae. S. XV.

32 membr. 2°. s. XV. 51 fol. liber H. Schedelii.

Alvearium ad corrigendam rem publicam Friderico Caesari in castro Nurnbergico a. 1444 praesentatum. Est liber astrologicus et mysticus.

33 2°. a. 1356. 49 fol.

Speculum humanae salvationis, sine figuris sed locis figurarum vacuis relictis. F. 1 'Ditz buch hat geschriben Hans Muelich der alt mit seiner hand a. 1356 wnd ist ernewert von Hector Mulich vnd gepessert a. 1453'.

34 2°. a. 1453. 251 fol.

Postilla studentium S. Pragensis universitatis supra evangelia dominicalia. f. 128—133 Sermones pro defunctis interpositi sunt.

f. 191 **Johannis de Abbatis villa** tract. super dominicales epistolas et evangelia (ab adventu usque ad pentecosten). f. 133 'Finitus liber a. 1453 per Joseph Rott canon. eccl. S. Cyriaci in Wiesenstaig'.

35 membr. miscell. 2°. s. XIII et XIV. 223 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 Liber graduum **Mesuae.** Cf. cod. lat. 19429.

f. 2 **Galeni** sanativorum libri VI (de regimine sanitatis): libri I—V translati a Nicolao Rhegino, sextus a Burgundione. Haec pars codicis a. 1279 scripta est.

f. 37[b] Themata **Johannis Mesuae.**

f. 38 **Galeni** libri de alimentorum virtutibus, f. 55[b] de elementis, f. 61 de interioribus morbis (III—VI tantum).

f. 75 **Isaaci** liber urinarum.

f. 82 **Galeni** libri de crisi (interprete Burgundione), f. 99 de virtutibus naturalibus, f. 114[b] de complexionibus (mutilus), f. 116 de ingenio sanitatis (est tantum septimus), f. 145 de accidenti et morbo.

f. 156 **Albubetri** (i. e. **Abubekr**) **Rasis** liber dictus **Almansor,** translatus a Gerardo Cremonensi (crimonensi cod.).

f. 219[b] **Hippocratis** notabilia et secreta.

f. 220 **Rasis** synonyma super Almansorem.

36 membr. et chart. 2°. s. XIV. 109 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Johannis Mesuae** de consolatione medicinarum simplicium solutarum liber. Saepius impressus, primum Mediolani 1473. f. 21 Antidotarius; f. 37 Practica.

f. 78 Additiones Mesuae. Synonyma Mesuae.

f. 81 chart. s. XV. Additiones **Conciliatoris,** Petri de Abano, ad librum Mesuae.

37 membr. 2°. s. XIV. 68 fol. liber H. Schedelii.

Averrois liber **'Colligeth'.** Subscriptio est: Expl. liber Memeth Auerroyste qui Colligeth nominatur.

In tegumento anteriori: „Liber Auerrois in Colliget magistri Sebaldi Mulner artium et vtriusque medicine doctoris comparatus in Italia tempore rectoratus sui anno 1454 pro uno conuentu prestando rectori." Schedelius addidit: „Iste famosus doctor Sebaldus obiit anno domini 1495 die Solis 24. mensis Maii, sepultus in choro sancti Laurentii Nuremberge".

In teg. post.: Schedel comparavit hunc librum 1496 ab Erasmo Topler, utriusque iuris doctore, preposito st. Sebaldi.

38 membr. 2°. s. XIV. 51 fol. liber H. Schedelii.

Avenzoar (Aben-Zohar) Practica. f. 51[b] Imago senis libram tenentis.

39 membr. 2°. s. XIV. 46 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Tacuinum sanitatis** de sex rebus quae sunt necessariae cuivis homini ad cottidianam conservationem sanitatis suae. 'Composuit hunc librum Elbulkassem Elmuthar filius hahabdim filii Buccilam medici de baldach.' Cf. cod. 28.
f. 43 **Hippocratis** liber de natura pueri, Bartholomaeo de Messana interprete.

40 membr. 2°. s. XIV. 129 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Abubecri Rasis** liber Almansor, translatus a Gerardo Cremonensi in Toleto. f. 74 Eiusdem liber divisionum cum antidotario. f. 101 Eiusdem de doloribus iuncturarum. f. 106 Eiusdem Practica puerorum.
f. 108 Glossae super septimo viatici Constantini.
f. 112 **Petri Hispani** Breviarium de aegritudinibus oculorum.
f. 115 **Gualterii** liber de dosibus medicinarum.
f. 119 De mensuris et ponderibus medicinarum.
f. 120 Synonyma Avicennae. f. 125 Item alia Synonyma.
f. 129 **Aristotelis** de conservatione sanitatis ad Alexandrum epistola.

41 membr. 2°. s. XIV. 115 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Guillelmi de Varegnana** (vulgo Varignana) Practica medicinae. Praecedit prologus autoris ad Mladinum Croathorum et Bosnie banum, incip.: Cunctis militaribus accinto uirtutibus. (Paulus Mladinus erat princeps Bosniae a. 1302—1322.)
f. 72 Medicamentorum formulae.
f. 74 Synonyma **Rasis.**
f. 82 Liber divisionum **Rasis,** transl. a Gerardo armonensi (sic). Liber in fine mutilus est.
f. 98 **Rasis** liber Almansor.

42 membr. 2°. s. XV. 313 fol.

Tractatus philosophicus de creatione et de natura rerum. 'Ego sum qui sum et consilium;' idem tract. codice 3854 continetur. f. 33 Commentarii in librum Sententiarum (Petri Lombardi) tertium, f. 112 in primum (utrum homini pro statu isto sit necessarium), f. 239 in secundum.

43 membr. 2°. s. XIII. 126 fol. liber H. Schedelii.

Gotifredi Viterbiensis Memoria seculorum in Pantheon mutata. In hoc codice solummodo conservatum est Godefridi carmen de gestis Friderici I. imp. in Italia, quod ad eius fidem edidit Ficker, Oeniponti, 1853. Cf. de hoc codice etiam Waitz in Mon. Germ. Script. XXII, p. 14, ubi opera Gotifredi sunt edita. f. 122 Historia Pilati et Iudeorum; cf. Clm. 11460, f. 173.
Fol. 15, 30, 126 picturae parvae.

44 (Cimel 5.) papyr. 4°. s. X. (c. 970) 36 fol. liber, ut videtur, Widmanstadii.

Codex traditionum ecclesiae Ravennatis. Nonnulla folia codicis, quem Joa. B. Bernhart a. 1810 edidit, sunt mutilata. Cf. etiam Ludo M. Hartmann, Bemerkungen zum Codex bavarus (Mittheilungen des Instituts f. österr. Geschichtsforschung, XI, 361 sq.).

45 membr. 2°. s. XIV. III et 157 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **Johannis Serapionis** medici, de cuius tempore, scriptis et nomine Schedelius in fol. I adnotavit quaedam, Breviarii tractatus VII a Gerardo Cremonensi in Toleto translati.

f. 150 (Eiusdem?) Synonyma. Addidit manus posterior: Sinonima libri diuisionum almassoris.

46 membr. et chart. 4°. a. 1412 et 1497. 65 fol. cum picturis. liber H. Schedelii, qui eum a. 1497 ab uxore Antonii Haller, civis Nürenbergensis, ex progenitoribus de antiqua familia Babenbergensi oriundi, socru sua donum accepit (f. 32^{b}).

Fol. 1—12, 28^{b}—30, 34—40, 58^{b}—60 Weistum über die Rechte der bambergischen „Hausgenossen", erblicher Amtleute und Münzmeister des Stiftes Bamberg, nämlich der Geschlechter: Lisperger, Haller, Sempach, Kuchemeister, Muntzmeister. Mit 3 gemalten Wappen und eingestreuten geschichtlichen Notizen und Aktenstücken. Angefangen und gemacht von „Gunther Muntzmeister, hawfsgenofse vnd zu disen zeiten burger zu Nurmberg 1412." Geschrieben von Fritze Krebss 1412.

Haec vetustior codicis pars multa spatia ac folia vacua habet ad addenda ut videtur varia supplementa. Haec spatia vacua foliis quoque aliquot interiectis expleta sunt ab H. Schedelio his variis scriptis ad historiam Babenbergensem et Imp. Heinrici II et Kunigundae pertinentibus: Reliquiae ecclesiae Babenbergensis. Chronica Babenbergensis 1497. (f. 13.) De st. Heinrico imperatore (f. 19). Descriptio civitatis Babenbergensis, partim prosa partim versibus concepta. Entwurf einer Urkunde Bischof Bertholds v. Bamberg v. 1275, Dez. 5., die städtische Muntat betr. Charta Ottonis III Imp. 'ut sciatur quo modo locus Babenbergensis in ditionem sancti Regis Heinrici obvenerit'. Precationes ad Heinricum et Kunigundam. Epitaphium Heinrici ducis († 995), patris Heinrici II. imp.; Inscriptiones de st. Mathia et in cruce st. Kunigundis in Monte monachorum (Babenbergae). Charta Ottonis episcopi de hostia a Papa Gregorio consecrata. Hymnus in St. Michaelem. Catalogus abbatum Montis monachorum Babenbergae (inde ab anno fundationis 1015).

f. 61 Privilegium Kaiser Sigmunds für Bamberg 1431. Picturae: in anteriori tegumento: Bamberga; fol. 12ᵇ: st. Heinricus et Kunigunda, fundatores Bambergae; f. 62ᵇ: st. Michaelis. In posteriori tegumento versus in Heinricum imperatorem.

47 membr. 2°. s. XV. 372 fol.

Biblia utriusque testamenti cum prologis Hieronymi et indice nominum Hebraicorum. Insunt literae rudes pictae.

48 2°. s. XVI. 142 fol.

Incerti auctoris de re militari libri III ex musaeo Jacobi Stradae Mantuani antiquarii, civis Romani.

49 2°. s. XVI. 128 fol.

Julii Firmici Materni iunioris C. V. matheseos libri VIII. In fine quaedam desunt; nam desinit codex in verba: 'pociora impetrant. Ira regis uel odio morientur' = p. 244 vers. 14 ed. Basil. 1551.

51 2°. a. 1487 et 1503. 135 fol.

Johannis Germani **de Regio monte** canones in librum directionum. f. 17 Circulus radiationis stellae. f. 18ᵇ Canones eclipsium mag. **Danconis.** f. 27 Eclipsis lunae practica sec. canones praecedentes. f. 30 Tractatulus de cometa per omnia signa. f. 34 **Albumazar** liber experimentorum. f. 37 **Georgii Pewrbachi** canones in tabulas eclipsium. f. 46 Generalis modus inveniendi modum (4.) proportionalem. f. 46ᵇ **Hermetis** divini Propositiones sive flores quos Stephanus de Messona transtulit. f. 49 Computum astronomiae 'Astrorum sapientes ingentem' et f. 50 canones (37) de motibus planetarum. f. 61 **Messahala** de iudiciis astrorum (introductorius Messahala dicti Zahell). f. 69 'Circulum pro exitu geniturae ab utero iuxta verbum Ptolomaei 51 rectificare'. f. 72 **Georgii Peurbach** theorica nova planetarum. f. 89 **Johannis de Burgis** tract. de astrologiae veritate, a. 1503 scriptus. f. 99 'Prima differentia de magnis celi configurationibus', ad faciendam practicam anni. f. 109ᵇ Naturae particulares signorum et facierum, quas ponit Ptolomaeus in Quadripart. 2 cap. 11 verificatae per Petrum Gaschowiecz. f. 110 De aperturis portarum. f. 111 Tractatus sextus qui dicitur Samayn (de angelis coelorum) et liber virtutum 'Adam exulatus expulsus de paradiso'. f. 124 Tabulae mediorum verorumque motuum planetarum ad meridianum Cracoviensem. Scripsit idem qui codicem 125 scripsit, a. 1487; tantummodo fol. 111—123 a. 1503 scripta sunt (eadem manu).

52 membr. 2°. s. IX. 143 fol. liber H. Schedelii.

Isidori ad Massonem epistola (VI, 563). f. 2 Excerpta ex Augustino, Isidoro, Petro in libro ecclesiae (!), Gregorio, Pil. (?), Eusebio, Hieronymo, **Bachia** (**rio**, Migne 20 p. 1035!), Cassiano, Nir. (?), Clemente; f. 5 'De sex cogitationibus Sanctorum (de domino, de passione Christi, de horae transitu, de die iuditii, de inferno, de vita aeterna). f. 6 **Clementis** libri Recognitionum a **Rufino** Torritano translati. f. 130 Ad Jacobum epistola 'Clementis ut putatur'. f. 134^{b} Exemplaria ven. patrum de ammonitione pastorum (Gregorii in libro explanationum evangelii et in libro Past). f. 137^{a} Commentarius in librum generationis Jesu Christi **Matthaei** evang. 'Moyses vir sanctus librum creationis caeli'. f. 144 s. XI./XII. H. dux W. abbati. Epistola brevis impressa est in Archivio Pertzii, VII, 877. Responsorium de Gregorio cum neumis.

53 2°. s. XIV. I et 40 fol. liber H. Schedelii, qui in f. I versus inscripsit.

Fol. 1 **Institutiones Justiniani** cum scholiis marginalibus.
f. 37 De verborum significationibus.

54 2°. a. 1469. 210 fol.

(Nicolai de Dinkelsbûhl) Sermones dominicales, a. 1429 compositi, a. 1469 per Ulricum Altham de Ulma scripti.

55 2°. s. XVII. 13 fol.

Stephani **Bertoldi** Icti et Professoris iuris primarii Consilium, num statutum Salisburgense, quod domum Austriacam et Bavaricam ab electione excludit, valeat. Adiectae sunt duae epistolae, altera Steph. Bertoldi, altera italica Joannis Perin.

56 2°. a. 1434—1436. 222 fol. cum fig. mathem. liber H. Schedelii.

'Almagesti minor' vel secundum indicem alia manu in codicis tegumento praemissum 'Almagesti abbreviatum per mag. **Thomam de Aquino**'; inc. Omnium recte philosophantium. f. 123 Liber theoreumantiae (de arithmetica, geom., musica, astron.) finitus 1436 Saltzburgae. f. 161 **Petri de Gluchina** conclusiones circa theoricas planetarum. f. 182—188 De quadratura circuli 'Ad probandum quid sit'. f. 197 Tract. de quantitate trium solidorum (solis lunae terrae) secundum Ptolomaeum in Almagesto, secundum indicem libri '**Johannis Schindl**;' inc. Quia tria corpora. f. 207 De capacitate figurarum. Librum a mag. Reinhardo scriptum dedit a. 1467 Johannes Fleckel conventui Wienn. ord. praedic., qui vendidit Burckardo Keck in Salzburg.

57 2°. s. XVI. 133 fol.

Euthici **Augustini Niphi** Philotei Suessani de nostrarum calamitatum causis liber ad Oliverium Carafam, a. 1504 Suessae finitus. Niphus Joanni Alb. Widmestadio discipulo hac Romam e legatione Neapoli ad Carolum V Caes. obita revertenti dono dedit Suessae 6. Dec. 1535. f. 6 Insignia cardinalis picta.

58 = 1254 2°. a. 1615. 17 fol.

Viti Polanti oratio historica in natalem Friderici V Comitis Palat. Rheni XVI. Aug. 1615.

59 2°. s. XV. 308 fol.

Guidonis Bonati de Forlivio tract. de revolutionibus anni: = tract. decimus libri Iudiciorum astrologiae; f. 120 tract. de pluviis; f. 132 (astronomiae vel iudiciorum astrolog.) tractatus primi cap. 2 — tract. quinti consideratio 39; f. 190 de electionibus. f. 229 Delineationes rudes signorum. f. 237 De aspectu signorum. f. 239 **Thebit Bencorat** (Thâbit ibn Korrah) liber imaginum. f. 243 Liber electionum secretorum superiorum 'Inquit magister: ego volo exponere.' f. 244 **Hali** de iudiciis astrorum liber 8. f. 277 Iudicia quaedam astrorum. f. 282 Tract. de impressionibus et mutationibus aeris 'Quia in multis voluminibus sapientes antiqui.'

60 2°. a. 1448. 357 fol. liber H. Schedelii.

Thomae de Aquino Summa contra gentiles. Librum a. 1496 Henricus Pernolt donavit.

61 2°. s. XV. 225 fol. cum picturis.

Guidonis de Columna historia troiana cum 93 picturis, quarum quaeque explicationem habet germanicam.

f. 198 Küchlins Reimchronik vom Herkommen der Stadt Augsburg. Cf. Die Chroniken der deutschen Städte IV, 333—356.

f. 204 Aurea bulla Caroli IV.

f. 225ᵇ Versus iocosi de amore mulierum. „Fuge tactus feminarum, quia status omnis harum." „Quatuor de causis agitur coniunctio carnis."

Sententia de vitiis nationum: „Monachus bohemicus, pons polonicus . . . . merdam valent omnia."

62 2°. s. XIV. a. 1386. 291 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 Tractatus de aegritudinibus cordis, mutilus ab initio et in fine.

f. 70 **Gentilis de Fulgineo** notata super libro de accidenti et morbo facta anno 1345. Paulus Rieter scripsit 1386. 22. Dec.
f. 106 Idem super fen tertia quarti canonis de apostematibus et pustulis. Liber est mutilus.
f. 124 Idem super primo libro canonis Avicennae. Mutilus est liber et lacunosus.

63 2°. a. 1381—87. 134 fol. liber H. Schedelii.

Gentilis de Fulgineo expositio super fen IX—XVI tertii canonis Avicennae.

64 2°. a. 1374. II et 176 fol. liber H. Schedelii.

Trusiani de Florentia plus quam commentum super *Μικροτεχνην* Galeni.
f. 151 Eiusdem tractatus de hypostasi.
f. 155 **Gentilis** de balneis pro quodam hydropico.
f. 156 Idem super techni (*τέχνη*) in parte.

65 2°. a. 1417. II et 375 fol. liber H. Schedelii.

Aggregator (Guilelmus Brixiensis) de aegritudinibus particularibus a capite usque ad pedes.

Scripsit Nicholaus de Pergula medicinae scolaris ad petitionem magistri Nicholai de Andria.

66 in 2°. s. XIV. 163 fol.

Fol. 1 **Dini** (del Garbo) de Florentia chirurgia.
f. 138 **Buridani** (Biridani? cf. infra n. 245 et 296) commentum in librum analyticorum posteriorum Aristotelis.

67 2°. s. XV. 188 fol.

Rodorici Zamorensis Speculum vitae humanae, a. 1472 Leonardo dicto Attnperger de Ratispona scriptus. f. 97 **(Johannis Nider)** Formicarii lib. I cap. 4 — V cap. 6.

68 membr. in 2°. s. XV. 436 fol. in Italia scriptus.

Ciceronis orationes XXXVIII (XXXV).

Fol. 1 De imperio Gn. Pompei. f. 12 Declamatio (Porcii Latronis) in Catilinam sic incipiens: 'Si quid precibus apud deos immortales sanctissimi iudices uobiscum aliquando ualuissemus' etc. (novissime edid. Zimmerer, Programm des Münchener Max.-Gymnas. 1887/88). f. 22^{b} pro Milone. f. 40 pro rege Deiotaro. f. 46^{b} pro Marcello. f. 51 pro Q. Ligario. f. 57 pro Archia poeta. f. 62 ad equites Ro. pridie quam iret in exilium. f. 66 in L. Catilinam or. IIII. (Prima in duas divisa est; nam ut a nova incipit § 18: 'Nullum iam aliquot annis facinus extitit.') f. 90 Declamatio Sallusti in Ciceronem. f. 91^{b} Declamatio Ciceronis in Sallustium. f. 94^{b} post reditum ad Quirites. f. 98^{b} post reditum in Senatu. f. 105^{b} in Vatinium. f. 112^{b} pro Archia poeta. f. 117^{b} de provinciis consularibus. f. 126 pro Cn. Plancio. f. 145 pro L. Flacco. f. 161 pro P. Quinctio. f. 175^{b} pro A. Cluentio. f. 220 pro L. Murena. f. 228^{b} de haruspicum responsis. f. 242 pro M.

Coelio. f. 255[b] pro Cornelio Balbo. f. 268 pro P. Sestio. f. 284 de domo sua. f. 310[b] pro P. Sylla. f. 327 pro C. Rabirio postumo. f. 334 pro Rabirio perduellionis reo. f. 340 pro Aulo cecina. f. 358 pro Roscio comedo. f. 367 pro Roscio Amerino. f. 391 in l. pisonem. f. 410 oratt. III de lege agraria. — Titulorum loco in plerisque orationibus spatia vacua relicta sunt.

69 (ex bibliotheca Corviniana) membr. 2°. s. XV. XIII et 204 fol. cum pictis ornamentis.

Aureli Corneli Celsi de medicina libri VIII.

70 in 2°. a. 1460. 414 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 **C. Sollei Sidonii Apollinaris** epistolarum libri VIII.
f. 67 **Aeneae Silvii** epist. ad Henr. Stotter. f. 68 Eiusdem alia ad Nicolaum Wartenbergensem de fuga illiciti amoris.
f. 72 **Petri Blesensis** epistolae CXXXVI. Cf. editionem Bouquetii, Recueil XIX, 706 sqq.
f. 173 **Aeneae Silvii** epistolae XVI. f. 181 Eiusdem Aeneis i. e. epistolarum et orationum tam ipsius quam aliorum numero CLXXXVII collectio. Extremas inde a f. 393[b] Schedelius ipse a. 1467 adiecit. Epistolae cum ab aliis tum in „Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen," XVI, 331 sqq. sunt publicatae.

71 2°. a. 1544. 453 fol.

Chronica Vicentina in sex libros digesta: autore **Baptista Paiarino** (Pagliarino). Librum scripsit Adrianus de Laude; cf. edit. Italicam (Vicenza 1663) p. 344.

72 miscell. 2°. s. XIV et XV. I et 347 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 Varia Excerpta manu H. Schedelii, inter quae **Gallieni** epithalamium (cf. H. Meyeri Anthol. lat. n. 232) cum versione Germanica; v. Thomas in Sitzungsber. der b. Akad. 1863, II. p. 41.
f. 2 **Terentii** comoediae VI cum scholiis interlin. et margg. Adiecta sunt f. 113 sqq. vita Terentii et fabularum argumenta.
f. 119 Tractatus ad modum studendi.
f. 124 **Ugolini de Pisanis** Parmensis Philogenia comoedia.
f. 133 Lepidi comici **(Karoli Aretini)** Philodoxios comoedia.
f. 138 Comedia de falso hypocrita a. 1437 studiis Papiensibus acta.
f. 145 **Poggii** facetiae.
f. 172 **Crispi Salustii** lib. de coniuratione Catilinae et de bello Jugurthino.
f. 230 Duo epitaphia Parmensia, prius in Gulielmum, Rolandum, Marsilium et Petrum de Rubiis, posterius in Bonifacium Lupum Soranae marchionem. Hoc impressum est apud Pezzanam, Storia di Parma I, 203.

f. 231 **Seneca** (Martinus Dumiensis) de virtutibus cardinalibus. Idem de remediis fortuitorum. 'Scr. a. 1461 in Lipczk.'
f. 243 **Juvenalis** sathirarum libri V cum scholiis margg. et interlin.
f. 340 **Horatii** lib. de arte poetica.

73 2°. a. 1413. II et 294 fol. liber H. Schedelii, prius magistri Martini Guldein de Weissenburg, doctoris in medicinis Wyennensis, tum Friderici Gumler.

Bertruccii collectorium in parte practica medicinae. 'Per manus Symonis de Asparen scriptum.'

In tegumento anteriore imagine capitis hominis demonstratur, quales sensus sedeant in singulis cerebri partibus.

74 2°. s. XIV. I et 154 fol. liber H. Schedelii.

Dini de Garbo opus dilucidatorium totius practicae generalis medicinae artis (alias Commentarius in Avicennam). In fol. I Schedelius aliquot biographica de autore adnotavit.

75 miscell. 2°. s. XIV et XV. I et 450 fol. liber H. Schedelii.

Fol. 1 Practica super nonum Almansoris cum expositione eius libri et quaestionibus subtilibus.
f. 48 De nominibus morborum.
f. 65 Nonus **Almansoris**.
f. 95 **Petri de Tusiniano** Practica (non est integra). f. 111[b] Excerpta e libris **Rabbi Moysis** de morbis, de coitu aliisque a. 1408.
f. 118 Receptae **Petri de Tusiniano.**
f. 136 Practica receptarum secundum librum nonum Rasis. a. 1397.
f. 180 **Constantini** monachi Africani tractatus de stomacho.
f. 198—239. 257—269. Practica in medicinis quae appellatur **Vinea.** a. 1407.
f. 242 Consilium pro passione lapidis renum. f. 248 Tractatus contra pestilentiam. f. 273 De resolutivis compositis. f. 287 Practica de virtutibus medicinarum compositarum. f. 345 De signis leprae.
f. 347 Magistri **Jacobi de Ulma** consilium contra arenam.
f. 348[b] **Gentilis** consilium ad ulcerationem vesicae.
f. 351 Regimen contra pestilentiam. a. 1406.
f. 356[b] Practica **Platear.i.** f. 393 Practica Magistri **Johannis Jacobi.** f. 417 Diaetarius variorum morborum. f. 428 Practica nova. a. 1406.

76 2°. s. XVI. 282 fol.

Fol. 1 Caroli Zeni Imperatoris Veneti vita per nepotem quendam eius ex filio Jacobo Zeno descripta ad Pium II P. M. a. 1471.

f. 261[b] **Leonardi Justiniani** pro Carolo Zeno oratio funebris. a. 1418.
f. 275 **Petri Pauli Vergerii** ad Carolum de Victoria contra Bucicaldum epistola.
f. 278 Respublica Venetiarum ad Ludovicum Ungariae regem (a. 1380 primo nonas Martii ex Campis Clugiae).

77 2°. s. XIV. XXVIII et 166 fol. liber H. Schedelii, qui in fol. I—XXVIII a. 1477 registra et notata aliquot biographica de Gentili de Fulgineo praemisit.

Fol. 1 Remedia ad febres et omnes aegritudines particulares.
f. 10 De conferentibus et nocentibus omnibus membris.
f. 18 **Gentilis** consilia de sputo sanguinis et ad melancholiam.
f. 19[b] **Gulielmi de Brixia** consilia. f. 43[b] Eiusdem Quaestiones de tiriaca (theriaca).
f. 46 Consilia **Mundini.** f. 60 **Rabbi Moysis** tractatus varii.
f. 79[b] Consilium **Gentilis** ad morsum serpentis. a. 1385.
f. 81 **Mercati de Eugubio** Antidotarius.
f. 87 **Gentilis** et **Nicolai de S. Sophia** Antidotarius.
f. 93 Electuaria. f. 96 Medicamina chirurgicalia.
f. 105 **Gulielmus** (de Brixia?) de aegritudinibus renum et vesicae.
f. 117 **Gentilis** consilia. f. 141 Eiusdem tractatus de hernia. a. 1386.
f. 142 **Petri de Abbano** tractatus de venenis. a. 1386.
f. 145[b] **Gentilis** de corde. a. 1386. fol. 151 Eiusdem tractatus de exeuntibus hepaticis.
f. 157 **Arnoldi (de Villa nova)** tractatus de sterilitate. a. 1387.
f. 159 Idem de lepra. f. 161 Eiusdem cura epilepsiae. Duae aliae curae. f. 165 Nota de pestilentia. Scripsit H. Schedelius.

Scripsit codicem usque ad fol. 162 Paulus Rietter de Nuremberga, medicinae doctor (mort. a. 1410), Paduae et Nurembergae a. 1386—1388. Cf. Schedelii notata in tegumento posteriori.

78 2°. s. XV. 262 fol. liber H. Schedelii.

Opuscula variorum imprimis Italorum poetica et oratoria varia, ab Joh. Bernardo de Vallibus collecta. Praemissi sunt duo indices, alter a Schedelio, alter f. 17 sqq. a Bernardo de Vallibus ut videtur confectus.
Fol. 12 **Francisci Lauri** Patavini adolescentis epistolae (metro elegiaco). f. 13 **Jani Pannonii** carmen 1458; cf. n. 466, f. 89. f. 20 **Laurentius Valla** de laudibus linguae latinae. f. 20[b] **Leonardi Aretini** in Ciceronis vitam argumentum. f. 24 **Laurentius Vallensis** de libero arbitrio (hic liber manu Schedelii scriptus foliis interiectis reliquo corpori additus est). f. 33 **Lombardi a Sirico** ad Franc. Petrarcham

epistola et de dispositione vitae suae dialogus. f. 35 Consultori primo Regi **Petrarcha** salutem. Inc. 'Neque amicorum neque hostium fortunatus existimator esse uideris' etc. (Est epistola brevissima, quae non exstat in editione quam curavit Fracassetti Florentiae 1859 sqq.) f. 35 **Nicolai Lucensis** ad Jacobum Lucensem in Alpinum invectiva. f. 36^{b} **Maphei Vegii** invectiva in Antonium Panormitam poetam (carmine elegiaco). f. 37^{b} **Leonardi Aretini** in Laurum Quirinum invectiva. f. 38^{b} **Francisci Contareno** Veneti patricii in Danielem de Porcilis ignavum poetam invectiva. Eiusd. invectiva in Marinum Baduario obtrectatorem et vicilitigatorem insignem, Venetum patricium. f. 41^{b} **Nicolai Lusci** Vicentini ad Franc. Barbarum ecloga. Epithalamium in nuptiis Guizardi. Ad amicum ad larvas invitantem responsio. Ad Guilelmum Liscam. f. 44^{b} **Julii Caesaris** carmen = Anthol. Meyeri n. 69. Eiusdem epitaphium pro Cynea milite. Inc. 'O patriae rector, Cato pectore, viribus Hector' etc. Sunt 3 versus. f. 45 Joannis Antonii Romani carmina pro pace confecta inter Venetos et regem Alfonsum. f. 47 Ad laudem Jacobi Gabrielo praetoris Bergomensis. f. 49 Epitaphium Senecae, apud Meyerum n. 838. f. 49^{b} Ad laudem philosophiae orationes duae. f. 51 (Pseudo-) Messalae de progenie sua et regionibus inclitae urbis Romae ad Octavianum Augustum breve compendium. f. 52 **Guarini Veronensis** ad Nicol. Malipetrum oratio, item ad Thomam Michael C. V., ad Jac. Trevisanum, ad Bartholomeum Pisanum. f. 55^{b} **Johannis Bocatio** de Tancredo principe Salernitano eiusque filia Sigismonda fabula a Leon. Aretino latine versa. f. 58^{b} **Leonardi Aretini** ad Ognobem epistola. f. 58^{b} **Jacobi Pisauro** ad Antonium Panormitam epistola (poetica). f. 59^{b} Epigramma (i. e. epitaphium) Joannis Vicecomitis ducis Mediolani. — Epitaphium Sforziae patris comitis Francisci ducis Mediolani. f. 60 Epigramma Galeazi (sic) Vicecomitis ducis Mediolani auctore **Antonio Lusco.** f. 61 **Leonardi Aretini** epigrammata quinque. f. 62 **Poggii** ad Leon. Aret. epist. de morte Hieronymi (Pragensis) in concilio Constantiensi. f. 64 Epigramma Herasmi bibuli per Leonardum. Epistola (poetica) **Jacobi Pisauro** ad Paulam amasiam suam. f. 65 Epistola cuiusdam ad praeclarum adolescentem amicum suum. f. 66^{b} Aeschinis, Demadis, Demosthenis oratiunculae. f. 68 **Joviani Pontani** carmina. f. 70^{b} Principis de **Leonelli** marchionis Estensis oratio ad Eugenium IV P. M. f. 71^{b} **Petri Pauli Vergerii** ad Franciscum iuniorem oratio pro populo Paduano, cum hymno eiusdem. f. 76^{b} **Joannis Nicolai** Veronensis oratio ad Papam Martinum V Romae dum senator ibi esset a. 1422. f. 77 **Bartholomaei de Brenzono** ad Guarinum

Veron. epistola. f. 78^{b} Epigrammata duo per dialogum inter coniuges Athimetum (Atimetum) et Homoneam. Inc. 'Si pensare animas sinerent crudelia fata' etc. Cf. Anthol. Meyeri n. 1274 p. 116. f. 79 **Damiani Burgi** ep. ad Jac. Lavagnolo. f. 79^{b} **Omniboni** oratio; ep. eiusdem ad Franciscum Barbarum. f. 82 **Pontii Pilati** ep. ad Tiberium Caesarem. **Francisci Barbaro** oratio ad Sanctissimum Patrem. f. 82^{b} (Eiusdem?) or. in laudem senatus Veneti. f. 83 **Plutarchi** ad Traianum epistola. Oratio in celebratione nuptiarum Johannis de Castro habita. f. 84 **Leonardi** epistola ad Laurum Quirinum. **Guarini** Veron. epistola ad Alfonsum Aragoniae regem. f. 85^{b} Oratio habita Paduae in curia magna in funere capitanei Gatti Melate (sic) ab uno scholari. f. 88 Epistola funerea **Pontani** pro communitate Perusii ad D. Urbini de obitu Johannis patris eius. f. 89 **Francisci Petrarchae** pro morte D. Azonis de Corrigia epistola. f. 90 **Joh. Boccatii** historia Griseldis per Petrarcham traducta. f. 95 **Petrarchae** duo carmina. Prius incipit: 'Quando erit obscuri laribus contentus Amicle Caesar' etc., alterum: 'Morte nihil melius: vita nihil peius iniqua.' f. 96 **Ciceronis** pro Archia poeta oratio. f. 98 Or. habita a mag. **Joanne Marcha nova** pro felici ingressu Fantini Dandulo episc. Paduani. f. 100^{b} Carmen **Joannis Antoni** Romani in Danielem adolescentem primarium. f. 105—113^{a} **Guarini Veronensis** or. de laudibus Franc. Carmagnolae de Vicecomitibus tunc imperatoris exercitus senatus Venetiarum. Eiusdem or. in Ciceronem de officiis. In Valerium Maximum. Pro Ciceronis epistolis inchoandis. Responsio post habitam a Christophoro de rhetorica collaudationem. Epistola consolatoria ad Joa. Chrisoloram de patris obitu. Ep. ad Paulum Vergerium. Ep. ad Ictum Jacobum Fabrum. f. 113 **Andreae Juliani** Veneti in Manuelem Chrysoloram or. funebris. f. 116^{b} **Gasparini** Pergamensis (Barzizii) ep. ad Andream Julianum. **Poggii** ad Guarinum Veron. ep. f. 117 **Leonardi Justiniani** oratio in funere Caroli Zeno. f. 120^{b} **Guarini** ep. ad Albertum de Sala. f. 121 Epithalamium **Troili Bonconpagni** in Domina Ricarda Nicolao Marchioni Estensi desponsanda. f. 123 **Nicolai Bonchiave** or. pro quodam licentiando Bononiae. f. 126 **Omniboni Leonicensis** Charis (metro elegiaco). f. 127 **Dantis** ep. ad Dom. Carvi grandi de la Scala. f. 127^{b} Epigramma ad sepulcrum Dantis. f. 128 Versus in laudem Beatae Virginis (25 disticha). f. 129 **Leonardi Aretini** ep. super prologo ethicorum Aristot. **Guarini** ad ill. Leonellum Estensem gratulatio. f. 130 **Franc. Petrarchae** ep. ad Imperatorem Augustum eum invitando ut ad Italiam descenderet. Ep. eiusdem, in qua introducitur pulcra fabula podagrae et araneae. f. 133 In celebratione nuptiarum

f. 101 Epistola **Bernhardi** ad Petrum de corpore Christi.

f. 107 **Augustinus** de laude psalmorum.

f. 109 Vita B. Mauri abbatis auctore **Fausto,** f. 132ᵇ S. Teclae Virg. (inc. Sub Nerone etc.). f. 136 Passio S. Adriani sociorumque (inc. Factum est), f. 148ᵇ S. Cornelii papae (inc. Cum post aduentum), f. 151 S. Cypriani (inc. Sanctorum passiones), f. 153ᵇ S. Alexandri papae (inc. Quinto loco), f. 161 SS. Sergii et Bachi, f. 171 S. Calisti papae, f. 175 S. Caesarii (inc. Tempore quo Claudius), f. 179 Simphoriani, Claudii, Nicostrati et aliorum, f. 186ᵇ S. Theodori (inc. Temporibus suis Maximianus et Maximinus), f. 190ᵇ S. Mennae (inc. Anno secundo imperii sui Diocletianus), f. 195ᵇ S. Leobae (Liobae, auctore Rudolfo), cf. Mon. Germ. Script. XV, 118 sqq., f. 209ᵇ S. Fortunatae, f. 217 SS. Coloniensium virginum, f. 221 S. Soli (auctore Erminricho), cf. Mon. Germ. Script. XV, 153, f. 231 Sermo de inventione S. Stephani protomartyris Sanctorumque Nichodemi, Gamalielis atque Abibon (VII. kal. Jan.) cum hymno in eos f. 239ᵇ, cf. Mone n. 627 not. f. 238ᵇ Passio Felicis et Adaucti.

4609 (Bened. 109) membr. 4°. s. XIII. 126 fol. 1234

Liber psalmorum. Praecedit f. 1—7 calendarium, sequuntur f. 119—126 orationes ex Jesaia, Deuteronomio etc. sumptae.

4610 (Bened. 110) membr. 4°. s. X et XI. 84 fol. 1235

F. 1 Scholia in Lucanum cum eius vita. Cf. Scholia Luc. ed. Weber p. XIV.

f. 61 Scholia in Ovidii Metamorphoseon libros XV. Cf. Meiser in Münchener Ak. Sitz.-Ber. 1885, philol. Cl., p. 48 sqq.

1236 **4611** (Bened. 111) membr. 4°. s. XII et XIII. 197 fol.

F. 3 (s. XIII) **Rudberti** (Roberti monachi S. Remigii) De expeditione Hierosolymitana libri VIII. Ed. Bongars, Gesta Dei per Francos, I, 30 sq. Adnexae sunt II epistolae Jerosolimitani patriarchae et episcoporum ad ecclesiam occidentalem et regis Constantinopolitani ad Ruodbertum comitem Flandrensium et omnes principes.

f. 52ᵇ Index Pontificum et Imperatorum Romanorum usque ad a. 1227.

f. 55ᵇ (s. XII) **Gai Julii Solini** Grammatici Polihistor de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur.

f. 141 Ex collationibus patrum de discretione perfectionis.

f. 142 **M. Tullius Cicero** de senectute. f. 155 Idem de amicitia. f. 170ᵇ Eiusdem inuectiuae in Catilinam.

f. 192ᵇ **Ciceronis** et **Sallustii** quae feruntur declamationes mutuae, illa inscriptione carens, haec sic inscripta: 'C. Sallustii Crispi oratio inuectiua in Ciceronem'.

Lectiones omnium librorum Tullianorum in ed. Turic. exscriptae sunt.

1237 **4612** (Bened. 112) membr. 4°. s. XIII. 104 fol.

F. 1—45 **Ovidii** Heroidum epistolae cum glossis marg. et interl. Haec pars codicis in fine mutila desinit epist. XX, v. 12.

f. 46 Sententia germanica. De novem modis cantilenae.

f. 47 Hymni duo, inc. 'Fletus et stridor dentium' et 'Adam, Adam primus homo'.

f. 48—52 **Theoduli** ecloga cum paucis glossis germ.

f. 53—56 **M. Tullii Ciceronis** Somnium Scipionis.

f. 56—103 **Macrobii Ambrosii Theodosii** Orincrisis Commentum in somnium Scipionis. Cf. ed. Lud. de Jan I p. LXIX.

f. 103ᵇ De offensoribus in decanatu Knoringin et aliis decanatibus; de decimis st. Michahelis in Gundilvingin.

f. 104 Argumentum quo probatur lunam reaccendi post XXVIIII dies et horas XII.

1238 **4613** (Bened. 113) membr. 4°. s. XII. 122 fol.

F. 1 **Heimonis** tractatus in canticis canticorum. Scripsit Arnolt.

f. 57 **Gregorii** (Magni) Expositio super cantica canticorum.

f. 121ᵇ Carmen de virtutum et vitiorum conflictu. Inc.: Vos qui sub Christo mundo certatis in isto.

f. 122 Nota de morte et sepultura Popponis comitis (I. de Diessen): 'Poppo comes obiit nono die introeunte mense Decembre anno dom. 1147, indictione IX, sepultus in ecclesia st. Nicolai de embulo Veneticorum in Constantinopoli, qua ecclesia est obedientia de maiori monasterio de Venecia, ubi requiescit corpus sanctissimi Nicolai in civitate,

que vocatur Rivoalto'. Annus et dies mortis differunt ab iis, quos coniecit v. Oefele, Grafen v. Andechs, p. 21.

4614 (Bened. 114) membr. 4°. s. VIII/IX. 143 fol. 1239

F. 1—142 **(Gregorii Magni)** Liber regulae pastoralis.

f. 143 Nota de divisione augiae in Loubinsbac circa lacum Walihinse inter Frisingenses et Burenses facta intra ann. 1098 et 1116. Ed. ex hoc codice v. Oefele (Oberbayer. Archiv XXXII, 10 sq.).

Hic codex a Kisyla donatus esse traditur, cf. ad 4542.

4615 (Bened. 115) membr. 4°. s. XII. 129 fol. 1240

Ysidori episcopi liber sententiarum.

4616 (Bened. 116) membr. 4°. s. XII et XIII. 159 fol. 1241

F. 1—52[b] et 55—85 **Alanus** de arte praedicandi. Prorsus congruit cum cod. 4586, f. 11—138.

f. 52[b]—54 Geistliche Rathschläge, deutsch. Cf. Schmeller in Zeitschr. f. d. Alterth. v. Haupt VIII, 114—117.

f. 54 Messegesang. Cf. Müllenhoff et Scherer 'Denkm. d. Poesie u. Prosa', vol. I, n. XLVI et Steinmeyeri adnotationes vol. II[3], p. 271.

f. 85 'Diz sint div X gebot'. Cf. Roth Denkm. (1840) p. 47, Wackernagel, Kirchenlied II, 49.

f. 85 Duodecim abusiva saeculi.

f. 85[b] Oratio de B. Maria V. super Magnificat. — f. 87 Hystoria de nativitate et assumptione B. Mariae V. — f. 93 De S. Hieronymo.

f. 96 Magistri **Alani** (ab Insulis) liber qui corrector vocatur et medicus.

f. 124 Anonymi expositio super VII psalmos poenitentiales.

4617 (Bened. 117) membr. 4°. s. XII/XIII. 254 fol. 1242

F. 1 Martyrologium. f. 24 Apocalypsis S. Johannis, cum oratione. f. 49 Vita Mariae Magdalenae. f. 59 Vita B. Marthae cum officio et sequentia, cf. Mone, Lat. Hymnen n. 1065. f. 75 Sermones de tempore, f. 122 de Sanctis.

4617[a] (Bened. 117[a]) = Cod. lat. n. 1085.

4618 (Bened. 118) membr. 4°. s. X—XIII. 223 fol. 1243

Passionale Sanctorum. Cf. descriptiones codicis in Pezii Thesauro III, c, 619 et 'Neues Archiv' II, 273. f. 1 Passio Tiburtii et Valeriani, f. 10 Hermetis, f. 21 vita S. Bonifacii auctore S. Willibaldo (cf. Jaffé, Bibl. rer. germ. III, 426, Neues Archiv II, 273, Nürnberger, De S. Bonifatii Vitis. Diss. Vratislav. 1892, p. 10).

f. 47 Passio Hemmerammi episcopi (auctore **Aribone**). In subscriptione est: 'Cyrinus episcopus Ratisbonae ciuitatis scripsit'. Cf. editionem vitae Emmerami, quam curavit Bern. Sepp in Analectis Bollandianis VIII (1889), p. 4 sq. et Verhandlungen d. hist. Vereins v. Oberpfalz, t. XLIII.

f. 65 Vita S. Genovefae Virg. (A. S. Boll. Jan. I, p. 143 sqq.), f. 75[b] S. Gerdrudis V. (Mon. Germ. Script. rer. Merov. II, 453 sqq.), f. 89[b] S. Radegundis reginae (ed. in Mon. Germ. Scr. rer. Merov. II, 364 sqq.), f. 99 SS. confessorum Eucharii, Valerii, Materni, f. 110 S. Vedasti episcopi (inc. Postquam deus et dominus noster etc.), f. 119[b] S. Lupi episcopi (Senonensis). f. 126 Passio S. Columbae Virg. (inc. Eo tempore cum adhuc etc.), f. 131[b] SS. Barbarae, Julianae, Candidae (inc. Temporibus imperatoris Maximiani etc.). f. 136 Vita S. Waldburgae (sunt libri IV); cf. Mon. Germ. Scr. XV, 536 sq. f. 185[b] S. Mariae Aegyptiacae ('de graeco in latinum Paulus venerabilis diaconus S. Neapolis ecclesiae transtulit'). f. 203 Passio S. Christinae Tyricae, f. 215 S. Reginae V. f. 221 Vita S. Clodoaldi. Praecedit f. 1 Carmen dedicatorium ad regem quendam, cuius iussu Passio Tiburtii et Valeriani scripta est. Ed. in Neues Archiv l. c. f. 9[b] insertus est hymnus cum neumis. Inc. Beati estis sancti dei omnes. f. 223 De genealogia Richolfi clerici Burensis (c. 1070—1150) s. XII.

1244 **4619** (Bened. 119) membr. 4°. s. XIV. 141 fol.

F. 1 **Bernhardi** abb. Clarev. epistola ad fratres de monte dei De vita solitaria. — f. 39 De imitatione Christi pars II—IV. — f. 129 **Bonaventurae** tractatulus de humilitate. — f. 132 **Petri** cardinalis Cameracensis tractatus de IV exercitiis spiritualibus. — f. 136 **Bernhardi** abb. tractatus de IV gradibus spiritualis exercitii. — f. 140 Compendium doctoris Seraphici (i. e. **Bonaventurae**) de septem gradibus contemplationis.

1245 **4620** (Bened. 120) membr. 4°. s. XIII et XIV. I et 139 fol.

F. 1 'Miracula S. Mariae et de passione Christi'. Est evangelium Nicodemi adnexa Pontii Pilati ad Claudium Caesarem epistola.

f. 16 **Hieronymi** ad Cromacium et Heliodorum epistola.

f. 16[b] De conceptione S. Mariae et de partu eius, item de infantia Christi. f. 27 Miracula S. Mariae Pothonis Prifling., cf. clm. 14348. 27330.

f. 72[b] Epistola commendatoria Ch. praepositi in Slehdorf de ann. 1341.

f. 73—139 Varia ad ordinem Hospitalariorum Hierosolymit. pertinentia. f. 73 Statuten des Spitals zu Jerusalem, gegeben von verschiedenen Meistern 1180—1286. Cf. Holsten, Cod. regul. mon. (1759) II, 445 sqq. f. 107 Statuta de a. 1252. f. 115—118 'Tractatus Yosephi hystoriagraphus de exordio domus sacre hospitalis ierosolimitani'. Ed. Migne, T. CLV, p. 1100 sq. f. 118[b] Hec est sententia quorundam privilegiorum nostrorum. f. 132[b] Tractatus alius. Inc. Sicut absurdum nimis.

4621 (Bened. 121) membr. 4°. s. XI et XII. 232 fol. 1246

F. 1 **Hugonis** (a S. Victore) Liber sententiarum (tractatus I—VI).
f. 47 (Notkeri?) Dialogus de dialectica et rhetorica (secundum Alcuinum). Cf. Hattemer Denkm. III, 529 et 532 sqq. Piper, Notker, vol. I, p. LXXXIX.
f. 56 (Notkeri?) Rhetorica. Cf. Aretin Beitr. VII, 283 et 290. Edidit ex hoc cod. Hattemer l. l. 560—585; f. 47—75 = Notker ed. Piper l. l. et p. 623—684.
f. 75 Fragmentum Notkeri de partibus logicae, cf. Piper ibid. et I, p. 593.
f. 76 **Porphyrii** isagoge ex interpret. et cum commento **Boetii**.
f. 121 Abacus lat. arab. Ziffern!
f. 122 **Wilhelmi Hirsaugiensis** Liber consuetudinum (Cluniacensium).
f. 225 Historia Fontis Salutis (Heilbrunn zw. Tölz u. Benediktbeuern). Cf. Pez, thes. anecd. III, 3, 647.

4622 (Bened. 122) membr. miscell. 4°. s. XI—XIII. 179 fol. 1247

F. 1 Calendarium (a. 1064).
f. 9 **Helphrici** libellus calculatoriae artis. Cf. Traube, Computus Helperici, Neues Archiv, XVIII, 80.
f. 34[a] Cant. Cant. V, 1—6 cum (**Willerami**) expositione metrica latina.
f. 35 Tractatus varia physica et medicinalia continens cum paucis glossis germ. Inc. 'A XV kalendarum augusti usque ad nonas septembris dies caniculares sunt' etc. Adnexa est f. 79[b] sq. 'Microtegni **Galeni** translata a **constantino** montis casinensis monacho', sed opusculum mutilum est.
f. 81 Liber **Prudentii** psucomachiae (i. e. psychomachiae). Liber non integer est, quamquam subscriptionem habet. f. 94 Idem carmen Prudentii, titulo carens sed integrum.
f. 112 **Constantini Affricani** liber (de stomacho) mutilus.
f. 168 'Dialogus inter bern(onem) abbatem augiensis cenobii et monachum gerungum habitus qualiter IIII temporum ieiunia per sua sabbata sint obseruanda'. Ed. ex hoc codice Pez, Thes. IV, 2, 56.
f. 177[b] Mensurae **Guidonis** (cf. Pez, Thes. anecd. VI, 1, 225) et **Boetii**. f. 178[b] Organica dispositio secundum **Aribonem**. — **Otkeri** Ratisponensis monachi mensura quadripartitae figurae. Cf. Pez l. l. p. 226 sq., Gerbert, Script. eccl. de Musica sacra I, 348. f. 179[b] Fragmentum de resurrectione hominis. Inc. Tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem.

4623 (Bened. 123) membr. misc. 4°. s. XI—XIV. 189 fol. 1248

F. 1 (s. XII) Cantica Canticorum. f. 11 (s. XIV) Liber sapientiae. f. 24 Ecclesiasticus. f. 63—74 et 77—84 Sermones varii.
f. 74[b] sq. Ad missam, germanice.

f. 85 (s. XI) **Leonis (Marsicani)** Chronica monasterii Casinensis, charact. Romano. Est maximam partem auctoris autographum. Cf. Mon. Germ. Script. VII, 555 sq. et 574—692; Arndt, Schrifttafeln, tab. 7 et 32 (ed. alt. tab. 34).

1249 **4624** (Bened. 124) membr. 4°. s. XII. 159 fol.

Plenarium epistolarum et lectionum ad missas de tempore et Sanctis per totum annum.

1250 **4625** (Bened. 125) membr. 4°. s. XIII. 173 fol.

F. 1 **Hugonis (de Folieto)** Liber claustralium tam canonicorum quam monachorum. Est idem qui in cod. 4558, f. 47.
f. 40 **Hugonis (de S. Victore)** Liber super regulam Augustini.
f. 71^{b}—80 et 106—112 Sermones **Bernhardi** Clarevallensis.
f. 80^{b}—106 **Johannes monachus** de miraculis. Cf. Max Hoferer, Johannis monachi liber de miraculis, Würzburg 1884.
f. 112 De temptationibus.
f. 119 **Hugonis** (**de S. Victore**) epistola de anima Christi. f. 124^{b} Idem de virtutibus et vitiis. — f. 127 (**Bernhardi Clarevall.**) Vita Malachiae.
f. 161^{b} **Clementis II** epistola ad Henricum III Imp. (ann. 1047). Ed. v. Pflugk-Harttung, Neues Archiv VI, 626 sqq.
f. 163 **Honorii Augustodunensis** Exameron.
f. 172^{b} Quaestio de angelis et hominibus, item de Christo.

1251 **4626** (Bened. 126) membr. 4°. s. XIV. 127 fol.

Missale Romanum.

1252 **4627** (Bened. 127) membr. 4°. s. XIII/XIV. 545 fol.

F. 1—8 Biblia pauperum 'per manus Warinkonis (?)'.
f. 9 Biblia minutissime et nitidissime scripta.
f. 484 Explicatio vocum hebraicarum secundum ordinem alphab.
f. 533 Annotationes evangeliorum, epistolarum ac prophetarum de tempore et de Sanctis per circulum anni.
f. 541 'Rota in medio rothe per Albertum episc. Ratisp.'

4628 (Bened. 128) = Cod. lat. n. 1087.

1253 **4629** (Bened. 129) membr. 4°. s. XIV. 316 fol.

Sermones de tempore et Sanctis cum indice.

1254 **4630** (Bened. 130) membr. 4°. s. XIV. 485 fol.

Sermones diversi de Sanctis cum indicibus.

1255 **4631** (Bened. 131) membr. 4°. s. XII et XIII. 177 fol.

F. 1 Passio S. Pauli apostoli a **Lino** episc. Rom. eccl. graeca lingua conscripta. Cf. Lipsius et Bonnet, Acta apostolor. apocrypha I (1891), p. XXV. f. 18^{b} Oratio Jeremiae prophetae cum neumis. f. 19 Passio SS. Mathiae, Barnabae, Marci apostolorum. f. 41 Vita S. Egidii (Athenis oriundi). f. 59 Passio S. Antonini (Apameae). f. 73 Vita

S. Elyzabet lancraviae (Inc. Gůda virgo religiosa etc.). f. 100 De psalterio sententiae et excerpta ex Hieronymo, Cassiodoro, aliis. f. 113 Decreta III papalia 'quod liceat monachis ubique sacerdotali officio ministrare'. f. 114[b] Urbani II Breve ad Reitinbochenses; cf. Pez, Thes. VI, a, 298. f. 115 Tractatus de peccato primi hominis.

4632 (Bened. 132) membr. 4°. s. XIV. 239 fol. 1256

Postilla sermonum de tempore et de Sanctis.

4633 (Bened. 133) membr. 4°. s. XIV. 165 fol. 1257

F. 1 (**Hugonis de Argentina**) Compendium veritatis theologicae. f. 145 **Raymundi** Summula cum commentario. f. 165 Libellus dispensationum, compositus a mag. **Johanne de Deo.**

4634 (Bened. 134) membr. et chart. 4°. s. XIV—XV. 217 fol. 1258

F. 1 **Augustini** Manuale. f. 16[b] Eiusdem liber supputationum. f. 43[b] Contemplatio cuiusdam doctoris de rebus. f. 45 S. **Bernhardi** fasciculus mirrae. f. 55—57, 76[b]—106[b] Ex dictis mag. **Nicolai de Dinkelschpül.** Eiusdem sermones duo de omnibus sanctis. f. 58 Liber vitae. f. 73, 216[b] Sermones **Augustini.** f. 107 Eiusdem Speculum peccatoris. f. 112[b] Ex horologio sapientiae excerpta. f. 116 Ex stimulo amoris de VII donis Spiritus Sancti. f. 119, 205[b] Excerpta ex M. Johanne Gerson. f. 123[b] (**Joannis** prioris Lingoniensis) Sermo in visitatione perficiendus per visitatores. f. 125 Versus XIV, inc. 'Verus amor miserum non dedignatur amicum', quibus pro titulo ut videtur praepositum est 'Pauper hainricus versus'. f. 125[b] Peccatorum expositio. f. 127 **Hugonis** (de S. Victore) tractatus de oratione. f. 133 Duodecim gradus humilitatis et superbiae. f. 133[b] Meditationes **S. Bernhardi.** f. 151 **Arnoldi de villa nova** epistola ad Richardum episc. Cantuar. f. 153[b] Versus hora matutinali, primarum, terciarum etc. dicendi. f. 159[b] Comparatio regni celorum pallacio regis terreni. f. 160 Oratio dominica, Ave Maria, Credo etc. germanice. f. 162[b] De B. Virgine oratio devota cum hymno. f. 170 Excerpta ex Eusebii, Augustini, Cyrilli aliorumque epistolis. f. 189 Oratio **Petri Damiani.** f. 195 Jubilus S. Bernhardi = cod. 629, f. 88. f. 196[b] Oratio de armis Jesu Christi. f. 198 Oratio plena fiducia. f. 200 Casus abbatis vel vicarii. f. 201 Utrum consensus in peccatum sit peccatum. f. 206[b] Planctus **Bertholdi de Ratispona** super fastidio et ariditate lectionis. f. 208 Sermo super evangelio: Cum sero esset. f. 209 Passio Jesu Christi secundum IV in unum contexta evangelistas.

4635 (Bened. 135) membr. 4°. s. XIV. 103 fol. 1259

Sermones breves de tempore. Codex ab initio et in fine mutilus est.

1260 **4636** (Bened. 136) membr. 4°. s. XIV—XII. 133 fol.

F. 1—107 et 108[b] sqq. Sermones diversi, maximam partem de tempore.

f. 107 Anni ab origine mundi usque ad adventum Domini.

f. 107[b] Interpretatio mystica vestimentorum sacerdotis.

f. 107[b]—108[a] Confessio germanica Benedictoburana. Cf. Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler', n. 87 et adnotationes II[3], p. 430 sqq.

1261 **4637** (Bened. 137) membr. 4°. s. XIII et a. 1391. 162 fol.

F. 1 (s. XIII) Fratris **David** (**de Augusta**) Summa de exteriori et interiori homine. In subscr. legitur 'Formula nouiciorum per manus Othonis monachi'.

f. 99 (a. 1391) Tractatus fr. **Wilhalmi** de professione monachorum Cysterciensium.

f. 158 De IV rotis propriae voluntatis et IV rotis virtualibus eas opprimentes (sic).

1262 **4638** (Bened. 138) membr. et chart. 4°. s. XV. 82 fol.

Missale Romanum.

1263 **4639** (Bened. 139) membr. 4°. s. XII et XIV. 147 fol.

F. 1 (s. XII) Leges Baiuvariorum. Cf. Mon. Germ. Leges III, 374—449.

f. 60 et 62 Decreta quae constituit synodus in Dingoluinga et Niuhinga sub principe Thessilone. Cf. ibid. 459 et 464.

f. 65[b] (Gelasii decretalis) 'Qualis esse debeat pastor ecclesiae'.

f. 72[b] et 74[b] Duo fragmenta (ex statutis synodalibus?). f. 76 (s. XIV) Fragmenta ex libro VI Decretalium.

f. 79 'Summula iuris'. Est fragmentum ex Brocardi Argentinensis summa de casibus.

Confer de toto codice Merkelium in Pertzii Arch. XI, 564 sq.

1264 **4642** (Bened. 142) membr. 8°. s. XV. 48 fol.

Manuale sacerdotum cum notis musicis.

1265 **4643** (Bened. 143) membr. 8°. s. XIII. 257 fol.

F. 1 Excerptum de vita Alexandri Magni. Cf. Ekkehardi chron. univ., Mon. Germ. Script. VI, 62 sq.

f. 26 Historia Gothorum. De Amazonibus. De origine Hunorum. Hystoria Longobardorum. Diversis locis, sed nullo verborum discrimine leguntur in chronico Ekkehardi universali, p. 119 sq.

f. 61 Excerptum ex **Widukindi** historiarum libro I super origine gentis Saxonum.

f. 68 Vita Mathildis reginae, breviata et ab editis differens. Inc. Venerabilis igitur Mathildis etc.

f. 75 Sermo de verbis domini: Ubi duo vel tres congregati fuerunt in nomine meo etc.

f. 79 **Annei Senecae** de beneficiis libri I—VII, f. 90 eiusdem de clementia lib. I et II. Hi libri admodum breviati sunt.

f. 92[b] Epistola invectiva in Petrum Abaelardum.
f. 99[b] Notitia de Apulei sphaera.
f. 100 Scholia in Boetium. Legitur f. 100[b] Hunc librum primum de quadriuio boecius transtulit de greco in latinum secutus quosdam grecorum sapientes maxime nichomachum etc.
f. 110 Notitia litteraria de Martiano Capella eiusque opere.
f. 111[b] Tractatus de fallaciis logicis.
f. 129 Index nominum et verborum sec. ord. alph. Singulis nominibus versus gnomicus aut sententia aut denique aliqua explicatio adscripta est, addito interdum in marg. nomine auctoris. Sunt plus 1400 uersus. Inc.:
Amor Semper crevit amor qui nunc est summus habendi.

4644 (Bened. 144) membr. 8°. s. XV. 341 fol. 1266

F. 3 **Petri Damiani** tractatus de vita solitaria et bono cellae. f. 10 Eiusdem doctrina de heremita dimicaturo cum dyabulo. f. 18[b] Idem de sepulchro in omni pugna ad memoriam revocando.
f. 22[b] **Anshelmi** deploratio virginitatis amissae.
f. 28 **S. Caesarii** Arelatensis episc. monitiones de certamine monachorum. f. 33 et 36[b] Sermones eiusdem. f. 45[b] Quaedam dicta notabilia.
f. 47 Epistola **Hieronymi** ad Amandum presb.
f. 49 B. **Bernhardi** informatio ad religionem. f. 51 Idem de B. V. Maria. f. 52[b] Eiusdem sermo de humana miseria. f. 58 Eiusdem Jubilus. f. 61 Eiusdem tractatus de spirituali pugna regni Christi et diaboli.
f. 68 **Anshelmi** soliloquium de mirandis beneficiis humanae redemptionis.
f. 86[b] **S. Bernhardi** planctus coram crucifixo, f. 92 tractatus de aedificanda domo spirituali atque interiori et de nobilitate conscientiae et de VII columpnis in ea erigendis, f. 166 liber de cognitione hominis sive contemplationes, f. 207 liber de diligendo deum, f. 247 apologia, f. 274 sermo de B. V. Maria, f. 287 epistola ad fratres de monte dei de vita solitaria.

4645 (Bened. 145) membr. 8°. s. XII. 120 fol. 1267

F. 1 Tractatus de blasfemia in Spiritum Sanctum.
f. 19 Commentarii in Amos prophetam.

4646 (Bened. 146) membr. et chart. 8°. s. XII et XV. 200 fol. 1268

Leonis Chronica monasterii Casinensis. — Descriptus est liber ex cod. n. 4623 manuque posteriore suppletus et continuatus. Cf. Mon. Germ. Script. VII, 556.

4647 (Bened. 147) membr. 8°. s. XIV. 317 fol. 1269

F. 1 Quaestiones de angelis et de lapsu Adae et de peccatis, item de incarnatione et virtutibus, item de sacra-

mentis, sumptae ex **Bonaventurae** l. II—IV. Cf. Eius Opera, Quaracchi, Tom. I (1882), p. LXVII. f. 70 et 175 Sermones de tempore et de Sanctis.

1270 **4648** (Bened. 148) membr. 8°. s. XII et XIV. 172 fol.

F. 1 (s. XII) **B. Ambrosii** de sacramentis libri VI. f. 30^{b} Eiusdem de mysteriis liber (secundum inscriptionem liber VII praecedentis tractatus).

f. 46 (s. XIV) Mag. **Anshelmi** (alias Honorii Augustod.) Lucidarius. Scripsit Cristanus.

f. 121 (s. XII) Cisiojanus latinus.

f. 122^{b} (s. XV) Precatio germanica.

f. 123 (s. XII) **Petri Damiani** Apologeticus de contemptu mundi.

1271 **4649** (Bened. 149) membr. 8°. a. 1447. 118 fol.

F. 1 Officium B. V. Mariae. f. 31^{b} Vigiliae mortuorum. f. 59 Cursus de passione Domini. f. 70 et 113 Meditationes et orationes variae. f. 89^{b} De III virtutibus theologicis. Inc. Caritas vera et perfecta. f. 91^{b} De IV virtutibus cardinalibus. Inc. Prudentia vera atque perfecta. f. 98 Tractatulus metricus de conflictu vitiorum et virtutum. Inc. Vos qui sub Christo. f. 100 Qualiter homo debeat esse (ex libro revelationum B. Dorotheae de Preussen). f. 101 Septem psalmi poenitentiales.

1272 **4650** (Bened. 150) membr. 8°. s. IX/X. 85 fol.

'Liber breviarius uniuscuiusque rei'. Est collectio 126 formularum et epistolarum, quam Rockinger accuratissime descripsit et edidit. Cf. Quellen und Erört. VII, 5—8 et 47—168; Zeumer in 'Neues Archiv' VIII, 602; Mon. Germ. Leg. Sectio V, I, p. 35, 113. f. 41 Carmen ad episcopum, ed. in Mon. Germ. Poetae latini aevi Carolini II, p. 666, n. 20.

1273 **4651** (Bened. 151) membr. 8°. s. XV. 209 fol.

Diurnale monasticum cum calendario praecedente hymnisque permultis (quorum plerique apud Daniel et Mone exstant) insertis.

1274 **4652** (Bened. 152) membr. misc. 8°. s. XI—XIV. 117 fol.

F. 1 (s. XI) (**Alcimi Aviti**) Poematum lib. I—III v. 406. Cf. editionem Peiperi in Mon. Germ. Auct. antiquiss. t. VI part. poster. p. LXXIV.

f. 29 (s. XIII/XIV) Palpanista **Bernhardi** (Geistensis). Libro in fine mutilo desunt 29 extremi versus. Cf. Leyser, p. 2001 (1101).

f. 47 (s. XIII) Liber **Aviani** poetae. Inc.: Huc precor inuito cum musis phoebe uenito | Hic me pro ludis uatibus adde tuis. Fabulae a poeta quodam Astensi in versus leoninos

redactae in III libros divisae sunt. Ed. Aemilius Grossius in programmate collegii Frideric. Regiomont. a. 1868.

f. 61 'Liber **Catonis'**. Sententiae sunt quae Catonis novi nomine feruntur.

f. 65—117 (s. XIV) Varia ad logicam pertinentia, inter quae f. 104—116 Introductoria dialecticae.

De toto codice nostro post Docenium (Aretin, Beiträge IX, 1235 sqq.) et alios diligentissime disputavit Emil Grosse l. c.

4653 (Bened. 153) membr. misc. 8°. s. XII et XIV. 262 fol. 1275

F. 1 (s. XII) Passio S. Martinae V., f. 25[b] S. Concordii, f. 28[b] SS. Juliani et Basilissae (cf. edit. in Mon. Germ. Poet. lat. medii aevi, III, p. 89 et 72), f. 67 SS. Donati et Hilariani, f. 76[b] S. Soli, f. 94[b] S. Eusebii.

f. 66 (s. XI) Index reliquiarum a Gotehelmo abbate allatarum de Fultensi monasterio. Ed. Holder-Egger, Neues Archiv, XIII, 569. f. 262 Eiusdem abbatis epitaphium. Ed. l. c. et apud Meichelbeck, Chron. Benedictobur. I, 75 et Mon. Germ. Scr. IX, 234, n. 25.

f. 98—131 (s. XIV) **Alberti Parvi** Summa de arte dictandi. Edidit Rockinger sub nomine magistri Ludolfi. Cf. Quellen und Erört. IX, I, 349—402.

f. 131[b] De visitationibus.

f. 133 (s. XII) Commentum in Jeremiae lamentationes secundum IV alphabeta.

4654 (Bened. 154) membr. 8°. s. XII. 127 fol. 1276

F. 1 Expositio VII psalmorum poenitentialium dedicata imperatori (Heinrico IV). In brevi prologo autor dicit se Leodii imperatorem filiumque eius regem (Heinricum IV et V a. 1101 aut 1103) vidisse gloria diadematis coronatos ceterisque regalibus insignibus indutos.

f. 43[b] Exempla de miraculis corporis et sanguinis Christi. Concordant usque ad f. 47 (quod exterius visu conspexerat) cum cap. 14 operis **Paschasii Radberti** de corpore et sanguine domini; cf. Migne, CXX, c. 1316—1320.

f. 76 (**Defensoris** monachi) Liber scintillarum, desinens in med. cap. XV.

f. 112[b] Epistola metrica XI versuum, inc.: Sis felix summus magnae probitatis alumnus.

f. 113 'Tractatus bonus de ecclesia'. Est **Brunonis Signiensis** sententiarum lib. I, cap. 1—4.

4655 (Bened. 155) = Cod. lat. n. 1133.

4656 (Bened. 156) membr. 8° min. a. 1574. 84 fol. 1277

Libellus precatorius. — Scripsit librum Casp. Verg presbyter in Scheftlarn.

1278 **4657** (Bened. 157 = c. pict. 135) membr. 8⁰ min. s. XV. 211 fol. Codex nitide scriptus et in marginibus picturis ornatus, cum aureis literis initialibus et IX venustis imaginibus.

Missae, horae, cursus aliaque officia. Praecedit calendarius.

1279 **4658** (Bened. 158) membr. 8⁰ min. a. 1676. 29 fol.

Medicamen spirituale contra pestem, in usum ven. conventus Benedictoburani. Adnexa sunt quatuor folia chart., orationem pro conservatione loci et salute congregationis continentia.

1280 **4659** (Bened. 159) membr. 8⁰ min. s. XV. 202 fol.

Rituale (inde a baptismo usque ad sepulturam hominis).

1281 **4660** (Bened. 160 = c. pict. 73) membr. 2⁰ min. s. XIII. 112 fol.

Carmina tam latina quam germanica, quae J. A. Schmellerus sub titulo 'Carmina Burana' a. 1847 Stuttgartiae edidit (ed. altera 1883), cum 8 picturis. Cf. Wustmann, Zum Text der Carmina Burana, Zeitschrift f. deutsches Alterthum XXXV, 328 sqq. Ilberg, die Überlieferung der Carm. Bur. Zeitschr. f. d. österreich. Gymnasien XL (1889), p. 103—106; Daffner, Gesch. des Klosters Benediktbeuern (1893) p. 424—431.

1282 **4660ª** (Bened. 160ª) membr. 8⁰ min. s. XIV. 12 fol.

B. Gregorii libri pastoralis fragmentum (I—III, 2).

1283—85 **4661, 4662, 4663** (Bened. 161, 162, 163) membr. 8⁰ min. s. XV—XVII. 174, 180, 50 fol.

Breviaria et (4662) Liber precum.

1268 **4681** (Bened. 181) 2⁰. s. XV. 230 fol.

Collectarius super librum psalmorum collectus et finitus per fratrem **Petrum de Herenthals** canonicum et priorem Floreffiensem Praemonstratensis ordinis a. 1374 in mense Januarii die quarta. Cf. Cod. lat. 17415.

Johannes Kern presb. de Augusta obtulit hunc codicem cum pluribus aliis cenobio S. Benedicti a. 1461.

1287 **4682** (Bened. 182) 2⁰. s. XV. 412 fol.

Thomae Aquinatis Secunda secundae.

1288 **4683** (Bened. 183) 2⁰ long. s. XIV. 126 fol.

F. 2 Liber (vita metrica) dulcissimae et piissimae ven. V. Mariae, inc. prologus: 'Sanctus Epyphanius doctor veritatis', inc. liber: 'In civitate Nazareth | De terra galylea'. Scripsit Hainricus. Cf. cod. 12518 et editionem, quam curavit Vögtlin in Bibl. d. liter. Vereins (Stuttgart) CLXXX, p. 5. Praecedunt in f. 1 carmina sacra: O qui perpetua mundum ratione gubernas, et: Gaude regina glorie.

f. 67ᵇ Vita et miracula B. Oswaldi regis et martiris.

f. 72ᵇ Vita S. Marthae hospitae Salvatoris (initium tantum).

f. 73ᵇ **Honorii Augustodunensis** de imagine mundi lib. I et II.

f. 90 Liber de miraculis Sanctorum (ab Andrea usque ad Clementem). 1289

4684 (Bened. 184) 2°. a. 1495 et 1496. 297 fol.

F. 1 **Cristani Tesenbacher** monachi Tegernseensis, posthac abbatis in Altach superiori, expositio super regulam S. Benedicti.

f. 203 **Martyrologium Romanum.**

f. 254 Magistri **Alberti** archipresb. de Ferrariis, V. I. D. de Placentia, tractatus de horis canonicis.

f. 266 Regula Salvatoris cum Brigittae revelationibus.

Scripserunt codicem fr. Sigismundus et fr. Augustinus (Vinck) in Benedictenpewren. 1290

4685 (Bened. 185) 2°. a. 1496—99. 189 fol.

F. 1 **Valerii Maximi** factorum et dictorum memorabilium libri IX.

f. 96 Casus papales et episcopales. Item de censuris et irregularitatibus ex corpore Juris.

f. 132 **Johannis de Trittenhem** abbatis Spanhemensis ord. S. Bened. de observancia Burssfeldensi Liber lugubris (s. penthicus) de statu et ruina monastici ordinis. f. 156 Eiusdem de laudibus matris dei genitricis Annae liber.

f. 172 Copiae indulgentiarum de institutione festi praesentationis V. Mariae, a Paulo II P. M. a. 1464 et Adolfo archiepisc. Maguntino a. 1468 concessarum.

f. 175—189 Sermones VI (f. 179 sq. S. Anshelmi) de B. V. Maria. Insertus est f. 181^{b} sq. textus bullae Bonifacii IX super institutione festi visitationis S. Mariae V. (a. 1389).

Codicem, cuius inter ligaturam duo diplomata Benedictoburana de a. 1452 et 1470, germanice in membranis composita (Ewiggeldskaufbrief u. Leibgedingsbrief auf Ludwigsried im Paeler Gericht) inserta sunt, P. Augustinus Vinck fratresque Johannes Schnaltzer et Anthonius Schefler de Kaufbeyren scripserunt. 1291

4686 (Bened. 186) 2°. a. 1463. 265 fol.

F. 1 **Johannis Cassiani** de institutis Sanctorum Patrum libri XII.

f. 80^{b} Eiusdem collectionis collationum pars II.

f. 140 Synonyma **Isidori.** f. 157^{b} S. **Hieronymi** epistolae VI.

f. 189 **Augustinus** de doctrina christiana. f. 246 Lanntfranci abbatis et Beringerii haeretici dialogus.

Hunc quoque codicem a fr. Augustino Vinck scriptum esse avis in fine appicta admodum probabile efficit. 1292

4687 (Bened. 187) 2°. a. 1460. 372 fol.

F. 1—4, 13 sq., 60, 236—242, 331^{b}—372 Excerpta ex Thoma de Aquino. f. 5—12 'Hic continentur omnes patriarchatus, archiepiscopatus et episcopatus totius ecclesiae katholicae' etc. f. 15 **Johannis Aurbach** directorium pro instructione simplicium prespiterorum. f. 58 Brevis praeparatio sacer-

dotis celebrare volentis missam. f. 61 Expositio missae, inc. 'Sapientia edifficauit sibi domum, excidit columpnas septem'. f. 90[b] Expositio canonis missae, inc. 'Te igitur clementissime pater'. f. 102[b] Tractatus de operibus quae debent a nobis operari dominicis diebus. f. 109 **Johannis Nideri** Manuale confessorum. f. 147[b] **Johannis Gerson** tractatulus de arte audiendi confessiones. f. 151[b] **Johannis Aurbach** Consolatorium timoratae conscientiae. f. 217 (**Andreae de Escobar**) Lectura de decimis. f. 243 Dialogus de custodia virginitatis et castitatis. f. 263 Magistri **Hainrici de Hassia** tractatus de miseria mundi. f. 269[b] 'Stimulus amoris de passione'. f. 286 Libellus de vita et obitu et miraculis S. Hieronymi (sunt epistolae f. 286 Eusebii, f. 312[b] Augustini, f. 317[b] Cyrilli).

Scripsit codicem Joachim Lantzsidler a. 1460 et monasterio donavit a. 1483.

1293 **4688** (Bened. 188) 2°. s. XV. 352 fol.

F. 1, 2, 10[b]—17, 325[b]—344 De (159) bellis Sarracenorum et Christianorum a tempore Machometi usque ad a. 1458. f. 345—351 De origine Mahometi eiusque lege. f. 3—10 De origine regni Francorum, Brittaniae, Bulgarorum, Hispaniae cum nominibus regum.

f. 18—324 Historia Angliae inde a Bruto usque ad Eduardum IV (1460) libris IV absoluta.

f. 352 De virtute lapidum 12 pretiosorum.

1294 **4689** (Bened. 189) 2°. s. XV. 148 fol.

Acta concilii Basileensis.

F. 1 Tractatus **Johannis patriarchae Antioceni** de auctoritate papae et concilii. f. 16 Collatio seu dialogus inter Jacobum et Johannem in generali concilio. f. 26 Ostenditur quod concilium generale in spiritu S. legitime congregatum sit. f. 31 De unione ecclesiae. f. 46 An ecclesia ex omnibus fidelibus bonis nec non malis congregata sit. f. 62 Capitula ad Romanos. f. 63 Acta sessionum I—XXI a. 1431—1435. f. 137 Statuta circa electionem papae in conclavi. f. 141 **Isidori,** episcopi Sabinensis, aliorumque epistolae de Constantinopoli a. 1453 capta.

1295 **4690** (Bened. 190) 2°. s. XVII—XVIII. 50 fol.

'Vita et miracula S. Patris Benedicti, ex libro secundo dialogorum B. Gregorii collecta'. Sunt 50 delineationes calamo non inscite pictae, quarum quaeque tribus distichis illustratur.

1296 **4691** (Bened. 191) 2°. a. 1457. 204 fol.

F. 1 **Gesta Romanorum** secundum ordinem cum reductionibus spiritualibus. Cf. Oesterley, Gesta Rom. n. 53 et Dick, Die G. R. (1890) p. XV.

f. 153[b] Historiae 7 sapientum secundum spiritualem intellectum, cum reductionibus. Cf. cod. lat. 3040.

Scripsit librum Wolfg. Klammer, Gmundii.

4692 (Bened. 192) 2°. a. 1455. 232 fol. 1297

F. 1 **Silvestri** praepositi in Rebdorf meditationes de passione Domini.

f. 121[b] Fratris **Amandi** (**Henr. Susonis**) ord. praed. Horologium sapientiae.

f. 208—221 Sermo in cena domini, item in die parasceue.

f. 227 Meditationes de morte hominis iniusti, cum quinque delineationibus cruciatus infernales illustrantibus. Praecedunt prologi loco versus latini et germanici.

Scripsit codicem Wolfgangus Klammer in Gmunden.

4693 (Bened. 193) 2°. a. 1483. 376 fol. 1298

F. 1—181 **Thomae Brabantini** Apiarius. f. 177 carmen inc.: 'Sic mea fata canendo'; cf. Du Méril, II, 237.

f. 184 **Johannis Nyder** ord. praed. Formicarius.

Scripsit codicem frater Sigismundus presb. in Benedictenpewern.

4694 (Bened. 194) 2°. s. XVI. 226 fol. 1299

Regulae 35 breviarii cum calendario.

4695 (Bened. 195) 2°. a. 1463. 249 fol. 1300

F. 1—69 Mag. **Pauli Wann** de Kemnaten tractatus de contractibus. Auctoris nomen supplevimus ex cod. 12730, f. 106. f. 73 Eiusdem tractatulus indulgentiarum. Cf. cod. 16477, f. 88 et 96. f. 83[b] Quaestiones de reliquiis Sanctorum. f. 86 Postilla cuiusdam abbatis per evangelia quadragesimalia.

Scripsit codicem Joachim vicarius in Endelhausen.

4696 (Bened. 196) 2°. s. XV. 254 fol. 1301

F. 1 **Johannis Slitpacher** Mellicensis monasterii monachi Excerptum de lectura Nicolai de Dinckelspühl super IV libro sententiarum. f. 134 Regula S. Benedicti metrice contexta. f. 136—142 **Hainricus Langenstain,** dictus de Hassia de contemptu mundi. f. 145 **Thomas Haselpach** de corpore Christi. f. 175 et 194[b] **Nicolai de Dinckelspühl** et **Petri Pirhenbart** (Pirchenwart) tractatus de corpore Christi. f. 200 sq. Fratris **Petri** epistola exhortatoria ad religionis ingressum. Inc. Velut Tulius (sic) de amicicia protestatur.

f. 205 Frater **Gebeno** prior in Eberbach super B. Hildegardis prophetiam, visiones, epistolas etc. f. 248 Sermones quatuor. f. 253[b] Inventio ordinis Carthusiensis.

Fol. 1—201 scripsit Wolfg. Klammer in Gmunden a. 1453; quae sequuntur, multo antea, c. ann. 1400 scripta videntur.

4697 (Bened. 197) 2°. a. 1447. 327 fol. 1302

Nicolai de Dinkelspuhel tractatus f. 1—34 De dilectione Dei

et proximi, f. 34^{b}—75 super X praecepta, f. 81—159 de VII vitiis et virtutibus eis oppositis, f. 165—198 de VIII beatitudinibus, f. 202—224 de V sensibus, f. 235—267 de dominica oratione, f. 272—323 de III partibus poenitentiae. f. 76—79 et 324—327 sermones varii.

f. 224^{b}—230 **Pauli Kolner** (Kölner) electi in episcopum Ratisponensem Tractatulus de horis canonicis.

Scripsit maiorem partem codicis, cuius tegumentum posterius membr. privilegium continet lanariis a. 1422 a (Friderico) duce Austriae Inspruggae datum, Conr. Vend alias Kek.

1303 sq. **4698** et **4699** (Bened. 198 et 199) 2^{0}. a. 1463 sq. 298 et 217 fol.

Lectura **Nicolai de Dinkelspuhel** super quarto sententiarum.

Scripsit codicem utrumque Johannes Toppler.

1305 **4700** (Bened. 200) 2^{0}. a. 1460. 239 fol.

Discipuli (alias Joh. Herolt) Liber de eruditione Christifidelium. Adnexa est f. 221 sqq. Tabula sermonum de tempore per totum annum ex hoc libro colligendorum.

1306 **4701** (Bened. 201) 2^{0}. a. 1455. 302 fol.

F. 1 **Innocentii III** Speculum ecclesiae seu super missam, de qua f. 60^{b} sqq. varia alia adnexa sunt. f. 68 Registrum super speculum B. Mariae V. cf. f. 274. — f. 72 Versus de confessione cum commento. Inc. 'Peniteas cito peccator, cum sit miserator | Iudex et sint haec quinque tenenda tibi'. f. 82^{b} Canones poenitentiales. f. 84 Tabula figurarum veteris testamenti. f. 89 Mag. **Hildebrandi** Quaestiones variae. f. 97 Mag. **Nicolai de Gräz** tractatus super 12 articulos fidei. f. 126 Mag. **Nicolai Dünkellspuchell** tract. de sacramento eucharistiae. f. 151^{b} **Hainrici de Hassia** tract. de contractibus. f. 188^{b} Mag. **Thomae de Hassellpach** tract. de poenis infernalibus. f. 197 **Nicolai de Dünckelspuchell** quaestiones de indulgentiis (super quarto sententiarum). f. 207 Eiusdem tract. de animabus, item alius. f. 218 Mag. **Johannis Gerson** tract. de arte moriendi. f. 227 Tractatus IV de quatuor novissimis, de praedestinatione, de electione, de divina prudentia (cum duabus pictis delineationibus). f. 234 S. **Hieronymi** sententia de essentia divinitatis dei et invisibilitate immensitatis eius. f. 238 **Augustini** speculum mortis vel peccatoris. f. 241^{b} Epistola **Samuelis** Israelitae missa rabbi Ysaac (seu rationes ad reprobandos Iudaeorum errores). f. 254^{b} 'Liber de differentiis **Ysideri** iunioris'. f. 262 Quaestiones **Bonaventurae** excerptae de secundo libro (sententiarum). Cf. Bonaventurae opp. omnia Tom. I (1882), p. LXVII. f. 265^{b} Deconsilio. f. 266^{b} Sermo de corpore Christi. f. 268^{b} **Aeneae Silvii** epistola ad Ypolitaniam Mediolanensem a. 1446. f. 270^{b}

'Reprobatio 24 seniorum edita a facultate s. theologiae almae universitatis Viennensis' (a. 1400). f. 274 Speculum B. Mariae V. cf. fol. 68.

4702 (Bened. 202) 2°. s. XV. 257 fol. 1307

F. 1 **Johannis Mischelburg** sermones de tempore.
f. 141 **Rudolfi de Lubeck** (Liebegg) Pastorale novellum, 'perfectum a. 1323 in Kal. Julii sub dño Johanne papa XXII'. Cf. ad n. 4370.

4703 (Bened. 203) 2°. a. 1455—1457. 295 fol. 1308

F. 1 **Hugonis de Argentina** Compendium theologicae veritatis.
f. 107 sq. Notata varia de VII curalitatibus etc.
f. 109 Fratris **Petri de Tharensia** (Tarantasia = Innocentii V) Quaestiones super quartum sententiarum, cum registro.
f. 260[b] **Magistri Alani** maximae seu regulae theologicales.
f. 288 Tabula virtutum ac vitiorum, cum aliis.
F. 1—107 scripsit Joh. R. de W., capellanus Landsbergae altaris st. Viti.

4704 (Bened. 204) 2°. s. XV. 296 fol. 1309

F. 1 Quaestiones super libris sententiarum. f. 129 Auctoritates ex biblia. f. 138 Fratris B. de **Putess** (?), ord. praedic. provinciae Tholosanae et conventus Arthesii tractatus de missa. f. 255 **Thomae de Aquino** tract. de sacramento corporis Domini. f. 292 **Nicolai Terecensis** (recte Ceretensis) episcopi cognomine Venatoris compendium morale theologicum. f. 294[b] 'Summa utilis in sacra scriptura pro novis theologis'.

4705 (Bened. 205) 2°. a. 1454. 184 fol. 1310

F. 1 **Augustini** sermones ad fratres heremitas, f. 50 soliloquium, f. 73 liber meditationum (seu de diligendo deo), f. 84 suspiria, f. 94 manuale (cap. I—XXIV), f. 100[b] liber de vita christiana.
f. 111 S. **Bernhardi** abbatis meditationes. f. 124 Mag. **Hainrici de Hassia** epistola de contemptu mundi. f. 129 Eiusdem epistola inductiva hominis divitias et honores possidentis ad conversionem ad deum. f. 133 Eiusdem expositio missae. f. 147[b] **Richardi de Bur** (Buri) vel potius **Roberti Holcoth** Philobiblon. f. 170[b] Magistri **Matthei de Cracovia** sermo in synodo Pragensi a. 1386. f. 177[b] Pars quarta libelli de imitatione Christi.

Scripsit codicem Wolfgangus Klammer in Gmunden.

4706 (Bened. 206) 2°. s. XV. 215 fol. 1311

F. 1 Magistri **Augustini de Roma** ord. fr. herem. S. Aug. Introductiones quadragesimales. f. 37 Sermones de adventu Domini (super cantica canticorum), f. 85 de incarnatione Christi, f. 127 de eadem alii, f. 155[b] de adventu Domini.

1312 **4707** (Bened. 207) 2°. a. 1460. 243 fol.

F. 1 Tractatus de superstitionibus. Est idem qui in cod. 4727.
f. 71 Mag. **Nicolai de Dinckispüchel** tract. de corpore Christi.
f. 105 Tractatus de contractibus et usuris secundum fratrem **Bernardum de Senis** ord. min.

1313 **4708** (Bened. 208) 2°. a. 1469—1472. 297 fol.

F. 1—23 Tractatus **Nicolai Dinckelspüchel**: f. 1 de poenis inferni seu de cruciatu Jehenne, f. 5 de vita et morte, f. 9 de chorea, f. 10[b] de arte moriendi, f. 13 de VII instrumentis musicis, per quae dyabolus omne genus hominum solet decipere, f. 15[b] de oblationibus, f. 18 de operibus fiendis die dominico et aliis festis.

f. 24 **Augustini** sermo de vanitate mundi. f. 26[b] **Johannis Gerson** tractatus de arte audiendi confessiones. f. 30[b] et f. 49 De imitatione Christi lib. I et II. f. 42 Stella clericorum. f. 56 Quaestiones **Bonaventurae** excerptae ex secundo sententiarum. f. 70[b] Ex summa **Magistri Pauli** de poenitentia. f. 71[b] Liber differentialis **Isidori** iunioris. f. 80[b] Sermones communes de apostolis, martyribus, confessoribus, virginibus. f. 115[b] Sermo de animabus. f. 122[b] in novo anno, f. 127—136 de quadruplici domo.

f. 144 **Discipuli** (Johannis Herolt) sermones de Sanctis. f. 210[b] Sermo in cena domini, f. 213 de passione domini, f. 216[b] de nativitate domini, f. 217[b] in cena domini, f. 228 de S. Johanne evangelista. f. 229 **Discipuli** Promptuarium de festis Sanctorum intimandis, cum Cisiojano et indice alphabetico.

f. 294 'Isti imperatores fuerunt maiores persecutores Christianorum', f. 296 de IV evangelistis, de IV doctoribus, de bonis et malis praelatis et alia, collecta ex chronica **Hermanni.**

Continet tegumentum posterius diploma membr. de die anniversario in Osterwarngau a. 1461.

1314 **4709** (Bened. 209) 2°. s. XV. III et 284 fol.

F. 1—279 **Nicolai de Dinckelspüchel** sermonum pars hiemalis. Insertus est f. 148[b] Eiusdem tractatus de poenitentia et confessione. f. 279[b] **Johannes Spilberger** rector parochialis ecclesiae in Chirchtorff de X praeceptis. f. 282[b] Sermo de martyribus.

Scripsit codicem Christ. Nadler de Lanzhuta, donavit monasterio Benedictoburano Sigismundus Topler de Weilham, qui in f. II aliquos versus iocosos germanicos de difficultate aditus rusticorum ad curiam scripsit.

1315 **4710** (Bened. 210) 2°. s. XV. 310 fol.

F. 1 Coronula Perusina, composita per dominum Orlandum domini Nini de Perusio. Scripsit a. 1422 Jacobus de Allamania ord. Camald. capellanus in castro Montisfabrorum.

f. 60 **Bonaventurae** tractatus de institutione monachorum noviciorum et incipientium.
f. 68 **Conradi de Fonte Salutis** sermones ab adventu domini usque ante septuagesimam. f. 182 Sermones quadragesimales.
f. 228 **(Hildeberti Cenomanensis)** carmen de mysterio missae. Cf. Leyser p. 386.
f. 244 **Johannis de Garlandria** (sic) Summa mysteriorum metrica cum glossa marginali. Cf. Leyser p. 339.
f. 262 **Aristotelis** Problemata. f. 294 Quaestiones quodlibetales.

4711 (Bened. 211) 2°. s. XV. 110 fol. 1316

Caesarii Heisterbacensis Dialogus miraculorum.

4712 (Bened. 212) 2°. a. 1453 et 1456. 106 fol. 1317

F. 1 Tractatus de abstinentia, mutilus ab initio. f. 4 Sermones Mag. **Thomae de Haselpach** de confessione. f. 66 (**Martini** abbatis Scotorum Viennae) Trialogus de militia christiana. f. 93 **Bonaventurae** tractatus de sacramento eucharistiae. f. 98[b] **Alberti de Horto Christi** ord. Carthus. tractatus de matrimonio. Continet tegumentum posterius in membrana diploma germ. 'über Getreidgült ins Amt zu Peurbach' a. 1452.

Scripsit codicem Wolfgangus Klammer in Gmunden.

4713 (Bened. 213) 2°. a. 1473. 338 fol. 1318

F. 1 Libri novi testamenti, quibus praecedit tabula epistolas et evangelia per totum annum indicans. f. 122 **Hugonis de Pratis** (de Prato Florido) ord. praed. Sermones dominicales super epistolas et evangelia per totum annum.

Scripsit codicem Johannes Winckler de Wasserburg.

4714 (Bened. 214) 2°. a. 1474. 339 fol. 1319

F. 1 **Johannis Nider** sermones de tempore et de Sanctis.
f. 335 Sermo de dedicatione ecclesiae, f. 337 de novo sacerdote.

4715 (Bened. 215) 2°. s. XV. 262 fol. 1320

F. 1—208 **Johannis Nider** sermones de tempore. f. 217 sqq. **Johannis de Capistrano** sermo de passione Domini.

4716 (Bened. 216) 2°. s. XV. 208 fol. 1321

F. 1 Sermones de festivitatibus Domini et B. Mariae V. f. 141 Tractatus de sacramentis (alias commentarius in summam Raimundi). Inc.: Omnem scientiam et doctrinam. f. 192 De virtutibus et vitiis. Inc.: Temperantia accipitur tripliciter. f. 196 Quaestiones de Christo homine. f. 200 Fragmentum de S. Virgilii vita et miraculis. f. 206 Sermo de evangelio 'Homo quidam erat dives'.

1322 **4717** (Bened. 217) 2°. s. XV. 210 fol.

F. 1 **Jacobi de Voragine** sermonum pars hiemalis et aestivalis. f. 119 Sermones de matrimonio, f. 126 de omnibus Sanctis, f. 130 de decalogo, f. 143^{b} de vitiis et virtutibus, f. 188^{b} de morte, f. 205^{b} de gratitudine et ingratitudine.

f. 159^{b} (**Henricus de Hassia**) De confessione. f. 166^{b} (**Johannis Gerson**) opus tripartitum. f. 172 (**Nicol. de Dinkelsbühl**) De chorea. f. 173 **Bernhardus** (Claraevallensis) ad Raymundum de cura et modo rei familiaris. f. 174 De VII sacramentis ecclesiae, insertis sermonibus et extractis ex summa Bysani. f. 186^{b} Poenae infernales dampnatorum cum sermone de morte. Inc.: Cum timenda. f. 191^{b} **Hainrici de Hassia** sermones duo de passione Domini. f. 208^{b} De missa.

1323 **4718** (Bened. 218) 2°. s. XV. 315 fol.

Thomae de Haselbach sermonum de Sanctis pars aestivalis.

Libro haec nota praemissa est: 'Hic liber est domini Alexii öder de awssee. — Hic liber emptus est pro quinque ducatis in auro per Magistrum Thomam Ödenhofer a praescripto Domino Alexio a. 1463'.

1324 **4719** (Bened. 219) 2°. a. 1420. 216 fol.

Chunradi de Fonte Salutis (Socci) sermonum pars prima, hyemalis.

Scripsit codicem frater Erhardus anno 1320 (corrigend. 1420).

1325 **4719^{m}** (Bened. 219^{m}) 2° min. s. VIII/IX. 8 fol. dupl.

Glossarii latini fragmenta, maximam partem litterarum I—R continentia. Erant antea praecedenti et aliis codicibus Benedictoburanis agglutinata. Cf. Götz, Glossae codicum in vol. IV Corporis Glossariorum lat., p. XIII, XXIII, XXVII sq.

1326 **4720** (Bened. 220) 2°. s. XIV/XV. 226 fol. cum pictura.

Chunradi de Fonte Salutis sermones de Sanctis, cum tabula alphab.

1327 **4721** (Bened. 221) 2°. a. 1430—1443. 220 fol.

F. 1 **Thomae de Aquino** sermones de corpore Christi. f. 35^{b} Auctoritates B. Mariae V. f. 43 Sermo de novo sacerdote, f. 45 de s. spiritu, f. 47^{b} de trinitate. f. 49 Gesta Romanorum cum reductionibus spiritualibus. Cf. Oesterley, Gesta Rom. n. 54. f. 87^{b}—91 Tabula virtutum. f. 96—123 **Alberti M.** tractatus de XLII virtutibus (Paradisus animae). f. 128—170 **Nycolai Tünkelspühel** tract. de III partibus poenitentiae. f. 174—194 **Pauli Chölner** tract. de poenitentiis et remissionibus. f. 198 **Wernheri de Friburg** ord. S. Augustini revocatio errorum 'a. 1404, XI die mensis Febr. in aula episcopi Spirensis in opido Haidelberg' facta (germ.) cum adnotationibus lat. f. 202 'Dicta Mgri **Hein-**

rici de Hassia', inc. 'Benedicere alicui rei est bona in ipsa uel sibi multiplicare'. Subscriptio huius tractatus haec est: 'Et sic finiuntur Benedicciones collectae per Mgrum Nicolaum Magni Gäwerder (de Jauer) quae supersticiones et praestigia dicuntur siue incantaciones, scriptae per manus Georii Flössner de Nördlingen presb. Augustensis dioecesis in Thureg (Thurneck)'. Cf. cod. lat. 17545, f. 141.

Scripserunt codicem Petr. Grieninger et Georgius Flössner, donavit monasterio Burano a. 1463 Joh. Kern presb. de Augusta.

4722 (Bened. 222) 2^0. a. 1453. 179 fol. 1328

F. 1 (**Henrici de Hassia?**) Tractatus de IV novissimis, qui intitulatur Cordiale. Inc.: Memorare novissima tua. f. 29 (**Bonaventurae**) Meditationes vitae domini nostri Jesu Christi. f. 97 **Albertani** doctrina super dicendo ac tacendo. f. 103^b 'Liber consolacionis et consilii quem **Albertanus** causidicus Brixiensis de hora Stae Agathae compilauit atque composuit sub anno Domini 1246 in mensibus Aprilis et Maji'. Inc.: Quoniam multi sunt. f. 129 (**Cyrilli**) Speculum sapientiae seu Apologeticus.

Donavit codicem monasterio Burano Joh. Kern a. 1461.

4723 (Bened. 223) 2^0. a. 1464 sqq. 248 fol. 1329

F. 1 **Hieronymi** catalogus de scriptoribus ecclesiasticis seu de illustribus viris. f. 23 **Gennadii** liber de viris ecclesiasticis. f. 32 **Petri Damiani** epistola de contemptu dignitatum. f. 45 **Gregorii Turonensis** liber miraculorum (seu de gloria martyrum). f. 86^b Eiusdem liber de gloria confessorum. Adnexus est sine titulo f. 117 eiusdem liber de miraculis sanctorum (seu de vitis patrum). f. 152 **Hieronymi** (alias Ambrosii) planctus de lapsu Susannae virginis. f. 157 Visio **Elizabeth** ancillae Domini, quam vidit in Schonaugiensi cenobio de resurrexione B. Mariae V. (liber viarum Dei). f. 185 Vita B. Kunegundis V. 'Ex praeclaro parentum sanguine et angustae (sic) nobilitatis gradu'. f. 190 Stephani episc. Aniciensis epistola in vitam S. Scolasticae V., sororis S. Benedicti. f. 193 (**Gerhardi**) vita et miracula S. Uodalrici. f. 227 **Berenhardi** abb. Claravallensis sermo de conversione S. Pauli apostoli. f. 229 Vita et passio S. Placidii et sociorum 'Tempore quo Theodericus'. f. 233 (Adalberti) vita et miracula S. Hainrici Imp. f. 243 Translatio corporis S. Antonii (Magni): 'Tempore quo Constantinus Imp.'

4724 (Bened. 224) 2^0. a. 1452. 161 fol. 1330

F. 1 **Humberti** ord. fr. praed. libri VI eruditionis religiosorum. f. 121 De vita et actibus S. Benedicti versus, inc. 'Gregorius sancti scribit vitam Benedicti'. f. 122 Vita S. Brandani abbatis. f. 141 Statuta et decreta provincialia

concilii prov. Maguntini a. 1451, promulgata in ecclesia Augustana a. 1452. f. 152 Statuta synodalia pro dioecesi Augustensi a. 1452. Cf. Steiner, Synodi dioec. August. I, 97 sq.

1331 **4725** (Bened. 225) 2°. s. XV. 213 fol.

676 **6297** (Fris. 97) membr. in 2°. s. VIII/IX. 146 fol. charactere saxo-anglico binis columnis scriptus.

Liber moraliorum beati **Gregorii** in Job.

Ex subscriptione codicis paene evanida apparet hunc exarasse Peregrinum, cf. n. 6237 et Aretin Beiträge VII, 520.

677 **6298** (Fris. 98) membr. in 2°. s. VII/VIII. 114 fol. charactere saxo-anglico binis columnis scriptns.

Omeliae a sancto **Agustino** episcopo editae ad populum anni per curriculum.

Praecedunt 'prologus' et 'breviarium' seu index omeliarum, quarum genuinitas non semper liquet. fol. 5° Amalricus quidam (saec. XI) plura, etiam rhythmica, adscripsit. Codex de quo Hoheneicher retulit in 'Pertz Archiv VI 498—503' altiore indagine non indignus videtur; in fine quaedam desiderantur.

678 **6299** (Fris. 99) membr. in 2° min. s. VIII/IX. 164 fol.

F. 2 **Hieronimi** exortatoria ad Heliodorum monachum, f. 10 Eiusdem ad Fabiolam de cibis et vestibus sacerdotalibus. f. 27 Ad Theodosium et ceteros anachoritas. f. 28 Liber questionum hebraicarum. f. 86 Epistula ad Rusticum, f. 98 ad Eostochiam de virginibus, f. 127 ad Nepotianum.

f. 139—145 Inc. 'Humanae referunt litterae philosophum quendam aduliscentulo cuidam quem praesentem occultabat causa silentii tale uoce praefatum: aduliscens loquere ut sciamus etc.' Auctorem libelli frustra quaesivimus.

f. 145 **Paulini** liber ad Crispinianum.

f. 149 **Hieronimi** liber ad quendam. Inc. 'Honorificentiae tuae litteras legi quibus factum nostrum culpabilem iudicas et periculosam expeditionem egrius feres' etc. f. 156 Eiusdem alius (ad Marcellam). f. 157 epistula de canone ad Paulinum, sed non integra; nam desinit p. 277 v. 9 ed. Vallars.

679 **6300** (Fris. 100) membr. in 2°. s. IX. 158 fol. binis columnis scriptus charactere aliquantum singulari.

Gregorii Moralium libri II—V. Ab initio desunt octo quaterniones (A—J).

6301 (Fris. 101) membr. in 2° min. s. X. 67 fol. 680
S. Augustini libri IV de doctrina christiana. — In calce folii ultimi alia manu adscriptus est 'Sermo de S. Corbiniano', qui incipit 'Ad presentia beatissimi patris nostri sollemnia', sed finis desideratur.

6302 (Fris. 102) membr. in 4°. s. IX. 69 fol. 681
F. 1 **Isidori** liber de ordine (corr. m. 2 origine) creaturarum. Cfr. ed. Arevali VI, 582.
f. 29 Expositio in Matthaeum et Marcum. Inc. 'Incipit genealogium Jhesu Christi secundum carnem. quid est hoc nomen quod est euangelium est cuius linguae?'
f. 49 Expositio in Genesin. Inc. 'Incipit de operibus sex dierum quando creauit deus celum et terram' etc.
f. 69 Clericalis uel monachalis **S. Hieronimi**. Inc. Monachus uivat in monasterio sub unius disciplinae patris consortio etc.

6303 (Fris. 103) membr. in 2° min. s. IX/X. 216 fol. 682
Hieronimi commenta Danielis, Oseae, Abdiae, Micheae, Zachariae, Malachiae, Sophoniae, Aggeij. — fol. 44 vacuo legitur 'Iste liber ab Antrico scriptus est'.

6304 (Fris. 104) membr. in 2° min. s. XI. 31 fol. 683
Isidori synonimorum libri II cum prologo qui in ed. Arevali VI, 473 alter dicitur. Incipit: Venit nuper ad manus meas quedam scedula. Post finem additum est: Hec lectio librorum aurosplendidior. gemmis fulgentior. legentibus lucet et nobilem sentit saporem qui hanc libat lectionem sed favis suaviorem melle dulciorem.

6305 (Fris. 105) membr. in 2° min. s. X. 145 fol. 684
Hieronimi commentaria super quattuor evangelia. Additum fol. 143ᵛ: 'Hieronimus de duodecim lectoribus refert.'

6306 (Fris. 106) membr. in 2° min. s. XI. 134 fol. 685
S. Ysidori de summo bono libri tres [vulgo Sententiarum libri].

6307 (Fris. 107) membr. in 2° min. s. IX. 52 fol. 686
F. 1—20 **Isidori** tractatus de Regum libris quatuor, additis uno tenore capitulis in Esdram et de Machabaeis, ed. Arevali V, 550—552.
f. 20—36 **Origenis** expositio in cantica canticorum ex translatione **Hieronimi** cum praefatione eiusdem in hom. Origenis.
f. 37—52 **Liber s. patris Thobiae.** Expositio incipit: Et in superficie litere salubris patet legentibus.

6308 (Fris. 108) membr. in 4. s. VIII/IX. 149 fol. 687
Pauli Orosii historiarum lib. 1—IV c. 22 = p. 280 ed. Haverc. Liber I hanc subscriptionem habet: Horosi aduersus paganos liber I explicit.

6309 (Fris. 109) membr. in 2° min. s. IX. 78 fol. 688
Isidori libri sententiarum. Cod. mancus exit in verbis l. 3. cap. 51 medii: 'moribus bonis conservent' = ed. Arevali VI, p. 344.

f. 33 et 77^{v} margini inverso adscripta quaedam cum neumis, scilicet ibi

In omnem terram exiuit sonus eorum
et in fines orbis terrae uerba eorum

hicce: Omnes fideles Christi deuoti concurrite ad hanc solemnitatem sancti Michaelis archangeli.

689 **6310** (Fris. 110) membr. in 2^{0} min. s. X. 113 fol.
Homiliae in festa Sanctorum **Augustini** (?), **Leonis, Maximi, Juliani Pomerii.** Codex ab utraque parte mutilus.

690 **6311** (Fris. 111) membr. in 4^{0}. s. X. 111 fol.
F. 1 Epistolae S. **Hieronimi** ad Heudibiam (= ep. 120), f. 15 ad Galasiam (ep. 121), f. 34 ad Amandum presb. = ep. 55 (epistola finita sequitur f. 36^{r} expositio amplius duas paginas complectens, quae sic incipit: 'Repperi iunctam epistolae et commentariolo tuo breuem chartam in qua haec indita ferebantur, quaerendum ab eo id est a me uerum [corr. utrum] mulier relicto uiro adultero et sodomita et alio per uim accepto possit absque penitentia communicare ecclesiae uiuente adhuc eo quem prius reliquerat' etc. Hac expositione absoluta, quam in editt. non invenimus, sequitur: Expl. ad Amandum presb.) f. 37 ad Abigaium (ep. 76), f. 38 ad Heliodorum (ep. 14), f. 42 ad Lucinium (ep. 71). f. 45 Epitafium Hieronimi in Nepotianum presb. ad Helyodorum episc. (ep. 60).

f. 53 sq. Dictaque (i. e. Dicta quae) angelus domini ad hisdra prof. et legis doctorem. Inc. Tres res quas tibi dixero ostende mihi et tres similitudines expone mihi etc. Locus est ex libro IV Esdrae cap. 4 in Cod. pseudepigr. Vet. Test. II, 207 ed. Fabric.

f. 54 Humelia S. **Hieronimi** ad Rusticum de penitentia (= ep. 122).

f. 59 S. **Hilari** ep. ad Constantium imperatorem missa. Cf. ed. Veron. II, p. 561.

f. 70 **Hieronymi** ep. ad Marcellam (= ep. 59).

f. 72 Humilia de penitentibus. Inc. Magnum cumulatur animae gaudium quando creatoris sui fuerit adepta remedio (corr. remedium) uel de periculosis istius mundi turbinibus ad portum uere salutis fuerit euoluta fastigium' etc.

f. 75 Humilia **S. Ambrosii** contra *** confitentur dei esse facturam aut extra duce dicunt ** (desunt duo versus) Sic enim dicit deus a me exiet spiritus et omnem flatum ego creo etc.

f. 77 (**S. Hieronymi**) Hebraicae quaestiones in Genesin. f. 88 Libri duo Origenis de canticis canticorum ex translatione Hieronimi. Desinit liber II in verba: uox tua suauis et aspectus tuus speciosus.

f. 107 Judicium **Bedani** de remediis peccatorum. Inc. Paucissima haec quae sequuntur ex priorum monimentis excerpsimus. In

quibus tamen omnibus non auctoritate censoris sed consilio potius compacientis uisi (scr. usi) sumus' etc. Congruit partim cum libro dubio Bedae de remediis peccatorum, partim cum Egberti canonibus. f. 108 [Ex]carpsum de canonibus catholicorum [pen]itentiae ad remedium animarum [Egb]erti episcopi Ebura ciuitatis. Cf. Patrol. lat. ed. Migne 89, 443.

In duobus extremis foliis pauca iam legi possunt, chartis plane detritis et muribus corrosis, quorum voracitate in aliis quoque codicis partibus haud pauca verba interciderunt, quod damnum propter libri bonitatem magno opere dolendum est.

6312 (Fris. 112) membr. in 2° min. s. IX. 239 fol. 691

Liber quaestionum **S. Augustini** veteris et novi testamenti num. CXXVII.

6313 (Fris. 113) membr. in 2° min. s. IX. 91 fol. 692

F. 1 Epistolarum **S. Hieronimi** presbiteri contra Jouinianum libri II. f. 77 Adpologeticum eiusdem operis ad Pammachium.

f. 1. legitur 'Iste libellus Abrahamo episcopo frisingensi imperante capellano ipsius Gotescalcho efficiente ad seruitium Sanctae Mariae Sanctique Corbiniani Mettis scriptus est'. Cfr. codd. 6285, 6294. Sedit Abraham a. 957—992. In membrana tegumini adglutinata nunc soluta fragmenta **Lucani** Phars. IX, 631—667 saec. XII.

6314 (Fris. 114) membr. in 2°. s. IX. 205 fol. 693

F. 1 **Paterii** (?) (Gregorii discipuli) liber scintillarum, praemissa a manu posteriore notitia de incerto huius operis auctore (f. 1—4) et indice capitulorum CXXIIII. Incipit De sapientia. Primo omnium querendum est homini quae sit uera scientia ueraque sapientia.

f. 192 Sermo de conscientia **S. Augustini** episcopi. Incipit: Fratres estote fideles in omnibus. Non est inter A. homilias.

f. 194 In festiuitate omnium Sanctorum. Incipit: Hodie dilectissimi omnium sanctorum sub una solemnitatis letitia. Est **Bedae** homilia; alii Augustino aut Alcuino adscribunt. f. 197 Item ubi supra. Incipit: Libentes ac prumpte certemus omnes in agone. f. 198 Item ubi supra. Incipit: Legimus in ecclesiasticis historiis. Est **Bedae** homilia.

In calce fol. ultimi in rubris legitur Liber Can. in dei nomine ratio totius orbis uel provinciarum — titulus opusculi ex codice abrepti; additum solum modo in circulo s. orbi: Asia

Africa | Europa.

6315 (Fris. 115) membr. in 4°. s. IX. 92 fol. 694

Bedae expositionis in apocalipsin libri tres. In fine operis auctor 'Bedanus' audit. fol. ultimo verso: Incipiunt uersus Bedae presb.

Exul ab humano dum pellitur orbe Johannes

sunt decem disticha et undecimi hexameter, reliqua desiderantur.

6316 (Fris. 116) membr. in 4°. s. IX. 358 fol. 695

Liber omeliarum **Gregorii** in Ezechiel prophetam. Suppleta sunt quaedam manu saec. XI et XII.

696 **6317** (Fris. 117) membr. in 4°. s. XI. 53 fol.
F. 1 **Bedae** in Parabolas (Salamonis) tractatus (libri III).
f. 35 Expositio **Hieronimi** in Ecclesiasten.
f. 52^{v} et 53 leguntur: Schemata Logos (sic) id est figurae orationis; incipiunt: Nomen generis neutri numeri pluralis si solum ponatur etc. Additum glossariolum: Baca dicitur quicquid rotundum est.
In pergamena tegumini adglutinata nunc soluta fragmentum servatum est Evangelii, epist. 1. ad Corinthios c. 7, saec. VIII. Cfr. Sitzungsber. der b. Akad. 1869 I, p. 4 et infra cod. n. 6436.

697 **6318** (Fris. 118) membr. in 4°. s. XI. 78 fol. maximam partem binis columnis manibus diversis scriptus.
F. 1 Expositio super Regum **b. Hieronimi**. f. 25 Glosa praefationis sancti **Isidori**: 'viginti et duas esse litteras apud Hebreos' ... f. 26 Item unde supra sicut in alio codice inveni: 'viginti et duas esse litteras' etc. (cf. Hieronymi praef. in libros Samuel). f. 26 Parvae Glosae in libros Regum, f. 37 item in libros Paralipomenon, f. 38 item de libro Ezdre, Hester, Judit, libris Machabeorum.
f. 39 **Bedae** prespiteri ad Accan episcopum de structura templi. In fine plura desunt. Exit in verbis cap. 20 'os luteris', ed. Colon. t. VIII. col. 43 lin. ultima. f. 71 Expositio **Bedae** prespiteri de questionibus in librum Regum. Exit manca in verbis 'in heresim', ed. Colon. t. IV, 374. — Folia aliquot arrosa sunt.

698 **6319** (Fris. 119) membr. in 4°. s. IX. 72 fol.
F. 1 Expositio **S. Isidori** in libros Regum, additis capitulis uti in Cod. 6307. Textus saepius edito videtur esse concinnior.
f. 41 **Origenis** expositio in cantica canticorum ex translatione **Hieronimi**.

699 **6320** (Fris. 120) membr. in 4°. s. IX. 176 fol.
Expositio **Bedae** presb. de tabernaculo et uasis eius ac uestibus sacerdotum (libri III).

700 **6321** (Fris. 121) membr. in 4°. s. IX. 97 fol.
Liber enciridion **S. Augustini** ad Laurentium primicirium urbis Romae.
f. 96^{v}—97 additum fragmentum: Apud Ebreos decem nomina dei esse dicuntur etc.

701 **6322** (Fris. 122) membr. in 4°. s. X/XI. 26 fol.
Liber **Augustini** de magistro.

702 **6323** (Fris. 123) membr. in 4°. s. XI. 161 fol.
Omeliae **S. Augustini** L. An omnes Augustini dubium. f. 102 'Eraclii presbiteri de lectione euangelii vbi Petrus ambulavit super aquas' ipso titulo distinguitur.

703 **6324** (Fris. 124) membr. in 4°. s. X. 106 fol.
Liber officiorum **S. Isidori**. Est hic codex sequentis apographum.

Post Isidori librum sequuntur eadem quae ibi a fol. 132ᵛ leguntur, item manca in fine.

6325 (Fris. 125) membr. in 4⁰. s. IX. 142 fol. **704**

f. 1—132 Liber officiorum S. **Isidori** praemissis a fol. 1—7 glossis multis theotiscis ad hunc librum spectantibus. Cf. Docen in Aretin Beiträge VII, 246—253.

f. 132 sq. 'Haec sunt quae iussa sunt discere omnes ecclesiasticos'. Edidit Pertz in Legg. I, 107 sq. tamquam capitulare Aquense a. 802.

f. 133 sq. In ordine totius missae septem orationes continentur.

f. 134 Ordo de catezizandis rudibus vel quid sint singula quae geruntur in sacramento baptismatis.

Inter fol. 140 et 141 folium excidit, quod resarcias ex cod. antecendentis fol. 104—105. Ultimum folium semilacerum.

6326 (Fris. 126) membr. in 4⁰. s. X. 133 fol. codex ex parte rescriptus. **705**

F. 1 **Sulpicii Severi** de vita S. Martini cum dialogis et epistolis — serie capitulorum et ordine librorum paulum a vulgata discrepante. Codice usus est C. Halm in editione Vindob. 1866.

f. 117 Epistola de obitu S. Martini. f. 119 Versiculus de transitu S. Martini. f. 120 Item alius S. Ambrosii de transitu S. Martini. f. 121 Item alius quando corpus eins translatum est.

f. 122 Vita S. Prictii episcopi et confessoris.

f. 125 Versus in foribus primae cellulae S. Martini et alii qui in appendice ed. Veronensis p. 387—391 leguntur.

f. 129 Liber **S. Martini** de s. trinitate.

6327 (Fris. 127) membr. in 8⁰. s. IX. 32 fol. **706**

Testimonia de aequalitate spiritus sancti cum patre et filio seu de processione eius ex ambobus (ex Augustino, Hieronymo, Isidoro, aliis). — f. 1ʳ et 31 sq. benedictiones (formulae).

6329 (Fris. 129) membr. in 8⁰. s. IX. 192 fol., manu admodum rudi. **707**

f. 1 **Gregorii M.** homeliae in evangelia. — f. 92 Homeliae **S. Augustini.** Inserta est f. 103—111 Uita sanctae Marinae.

6330 (Fris. 130) membr. in 8⁰. s. VIII/IX. 71 fol. **708**

Doctrinae diversorum Patrum (Benedicti, Augustini, Hieronymi, Columbani, Isidori (lib. II Synonymorum), Gregorii M., Athanasii, Effrem, Caesarii). Numerantur XXVI capitula.

f. 70ᵛ—71 Pater noster explicatur theotisce. De codice egit Docen in Aretin, Beiträge VII, 514—516. Cf. nunc Müllenhof et Scherer, Denkmäler num. 55.

6331 (Fris. 131) membr. in 4⁰ min. s. X. 39 fol. **709**

Liber **Augustini** de magistro.

6333 (Fris. 133) membr. in 8⁰. s. IX. 132 fol. cod. rescriptus. **710**

Hieronymi et **Gennadii** liber virorum illustrium.

Post prologum Hieronymi 'inlustrium ecclaesiae scripturarum sequitur eiusdem 'indicula' (f. 3—6), tum subiecta post num. I—CXXIII nota 'Usque hic Hieronimus abhinc Gennadius presbiter Massilensis' huius ipsius series scriptorum (f. 7—10) num. CXXIII—CCXXVI. Gennadii opus textui Hieronymi a fol. 83^{v} continua capitum serie, nullo interposito titulo, adnexum est. Explicit codex in Johanne Antioceno.

711–712 **6337** sq (Fris. 137 et 138) membr. in 2^{0} mai. s. XV. 200 et 185 fol., binis columnis sollerter exaratus, cum initialibus variis pictis.

Omeliarum et sermonum de tempore partes II (hiemalis et aestivalis). Sunt Augustini, Maximi, Maximini, Leonis, Gregorii, Bedae, Origenis, Rabani Mauri cett.

In calce partis 2. legitur: finitus per me Conradum Schreibar de Swainkendorf a. d. M°. CCCC. XL. XX. die mensis Junii. Tum altera manu: Iste liber est rev. d. Cardinalis Sancti Martini in Montibus qui assumptus fuit ad hanc dignitatem in concilio Basiliensi a. M. CCCC. XL. XII die Octobris.

713 **6339** (Fris. 139) membr. in 2^{0}. s. XIV. 223 fol.

Liber sermonum **Innocentii III** Pape Cod. mancus in fine explicit in verbis 'accipite spiritum sanctum. q. r. m. s. r. p. c r.', p. 66 ed. Colon. fere media.

714 **6340** (Fris. 140) membr. in 2^{0} min. s. X/XI. 107 fol.

Ratherii ep. Veronensis translatio S. Metronis, epistolae, sermones. Adiectae a fol. 80 Praedicationes (anonymae) in quibusdam festis. De cod. vide Aretin Beiträge VII, 509—512. Usus est eo fr. G. P. Schoepff in ed. Ratherii libr. select.

715 **6341** (Fris. 141) membr. in 4^{0}. s. X. 139 fol.

F. 1 **Adamnani** abbatis de St. Columba libri III. In folio tegumento adglutinato scriptura fere prorsus exstincta haec leguntur: 'V Idus Junias celebratur depositio Sancti Columbae presbyteri atque confessoris'. Deinde sequitur: 'Incipit prima praefatio apologiaque Adamnani (secunda a correcta ex Adomnani?) abbatis Sancti scriptoris'. Hinc corrigenda sunt quae de nostro codice referuntur in splendida editione, quae Dublini a. 1857 hoc titulo publicata est: Vita Sancti Columbae: auctore Adamnano monasterii Hiensis abbate (ed. Will. Reeves). Quamquam enim inscriptio difficilis est lectu, singulae tamen litterae a nobis descriptae possunt praestari.

f. 51 Relatio de inuentione S. Crucis quod est V. Non. Mai.

f. 57 Narratio de exaltatione S. Crucis quod est XVIII. K. Oct.

f. 61 (alia manu) **Boetii** commentariorum in Ciceronis Topica libri VI.

716 **6342** (Fris. 142) membr. in 4^{0}. s. X. 183 fol.

Praedicationes de anni circulo: Sunt (numero LVIII) Augustini, Gregorii, Basilii, Maximi, Ambrosii, Leonis, sed pleraeque

anonymae. — f. 168ᵛ Contra sagittam diaboli (exorcismus). Edidit Rockinger, Quellen u. Erört. zur bayer. u. deutschen Gesch. VII, 318. — Plura e psalmis in marginibus fol. ultimorum, hinc inde cum neumis.

6343 (Fris. 143) membr. in 4⁰. s. IX. 131 fol. 717

Cassiani conlationum pars tertia (= XVIII–XXIV).

6344 (Fris. 144) membr. in 4⁰. s. IX. 201 fol. 718

F. 1 Exortationes patrum ad profectum monachorum. Liber comparandus cum illo in cod. 6293, ubi vide quae adnotavimus; explicit mancus, quippe exciderunt folia plura. In fol. 73 legitur Fides Athanasiana ab initio mutila.

f. 74 S. **Cesarii** episcopi Arelatensis amonitiones et sermones. In elencho capitulorum n⁰. XLII et Ambrosii et Augustini sermo refertur. In f. 75ᵛ adscripsit manus altera sed aequalis: Tibi Christe referimus gratias | qui nos diuinis muneribus satias etc.

6345 (Fris. 145) membr. in 2⁰ max. s. XIV. 328 fol. binis columnis, nitidis in principio librorum picturis et initialibus simulacro ornatis. 719

Raymundi de Pennaforte extravagantium Decretalium libri V. Textus ab omni parte glossematis circumdatus, ad calcem folii saepenumero legitur 'Bernardus doctor decretorum'. Post 'rubricam' in fol. ultimo scripti sunt versus quinque

Si bene perpendis est triplex causa bibendi etc.

In calce fol. 3 arma picta cum subscriptione partim non legibili: Archilelli S. Thome de Patauia chanes. m.... XXVI scripsit.

6346 (Fris. 146) membr. in 2⁰ max. s. XIV. 92 fol. binis columnis scriptus. 720

F. 1 Nouella **Johannis Andreae** super regulis iuris libri VI. decretalium (in titulo exteriore Mercuriales J. A.)

f. 65 Dicta domini **Dini** meliora de regulis iuris libro sexto.

f. 77 Apparatus dom. **Dini** super titulo de regulis iuris.

f. 91 De causa possessionis et proprietatis. In fine scriptum est 'Paulus de Lizariis. Cou. Andree de libris. amen'.

f. 92 col. 2 De testamentis.

6347 (Fris. 147) membr. in fol. mai. a. 1326. 72 fol. binis columnis, picturis et initialibus elegantissimis extructus. 721

F. 1 Apparatus dom. **Johannis Andree** super Clementinis.

f. 50 Lectura dom. **Dyni** super titulo de regulis iuris libro VI. decretalium.

In fine: Guielmus de Marchia. Deinde: 'Anno dom. millesimo quadringentesimo undecimo ego Georg. Parsperg stolans Bononiae comperavi librum hunc pro octo florenis cum medio bononiense.'

6348 (Fris. 148) membr. in 2⁰ mai. s. XIV. 127 fol. binis columnis, initialibus pictis. 722

Apparatus **Johannis Andree** super VI. libro decretalium.

6349 (Fris. 149) membr. in 2⁰ mai. s. XIV. 207 fol. binis 723

columnis; pars cod. altera a fol. 50 forma membranae et manu diversa.

F. 1 **Pauli de Lizariis** repetitiones super libro decretalium (a 1343). f. 22 **Johannes Andreae** de consuetudine. f. 26 Eiusdem capitulum s. crucis de requisitis. f. 27 Commentum **Pauli de Liazariis** super capitulo 'Cum dilectus' de fide instrumentorum. Subscriptum. Jo. Cal.' i. e. Joannes Caldarinus. f. 28 Varia capitula decretalium subscripta cum 'Jo. Caldarini' tum 'Jo. Andreae'.

f. 50 Lectura Abbatis s. **Petri de Sampsone** super decretalibus libri quinque. f. 187 Quaedam scripta super diversis decretalibus.

724 **6350** (Fris. 150) membr. in 2^{0} mai. s. XIV. 220 fol. binis columnis scriptus cum initialibus variis.

Innocentii IV Papae apparatus super decretalium libris quinque. Inc.: Gregorius interpretatur vigilans — 'Haec lectura nondum ni fallor typis edita est' adnotat Sanftl ad Clm. 14378 in Catal. manu scripto I, 759. Cfr. Sitzungsber. der b. Akad. 1869, I, p. 5. In calce literis rubris 'Nomen scriptoris Guilhermus amator amoris'.

In fol. I inverso scriptum est: 'Stant tristia solum. Hainrich von Schmiehen. Anno dom. m^{0}. $cccc^{0}$. $Lxvi^{0}$ in profesto diui Roberti pontificis translatum fuit dominium huius Jnnocentii in me Heinricum de Schmiehen titulo emptionis.'

725 **6351** (Fris. 151) membr. in 2^{0}. s. XIV. 107 fol. binis columnis charactere minuto scriptus.

Additiones dom. **Johannis Andree** super decretalibus. Cf. Phillips Kirchenrecht IV, 331.

726 **6352** (Fris. 152) membr. in 2^{0}. s. XIV. 80 fol. binis columnis scriptus cum initialibns variis.

Bernardi praepositi Papiensis breuiarium extravagantium.

727 **6353** (Fris. 153) membr. in 2^{0}. a. 1302. 192 fol. binis columnis.

Archidiaconi s. **Joannis Monaldi** expositio in sextum librum decretalium Bonifacii VIII. Cf. Phillips l. c. IV, 370. In fine: Anno dom. m^{0}. ccc^{0}. ii^{0}. . . . conpletum est opus istud.

728 **6354** (Fris. 154) membr. in 2^{0} min. s. XII. 100 fol.

Collationes canonum **Yvonis (Ivonis) Carnotensis** episcopi. — In fol. 97 arbor consanguinitatis picta; in fol. 1 (asseri adhaerenti) et 2 sermonis fragmentum; incipit 'non est sine causa fratres karissimi' .. habetur inter Augustini dubios.

729 **6355** (Fris. 155) membr. in 2^{0} min. s. IX/X. 270 fol. humiditate affectus et passim corruptus.

Canones conciliorum et constituta paparum, ut in cod. 6242. Praecedit Hadriani P. ad Carolum M. prologus acrostichus, ut in cod. 6242; a fol. 260 – 261 'Glosulae', inter quas theotiscae, quas edidit Keinz in 'Germania' a. 1870, p. 346; deinde agmen claudit **Augustinus** de diversis haeresibus.

6356 (Fris. 156) membr. in 4°. s. XIV. 131 fol. 730

Compilatio Decretalium. Incipit: Cum per inferiores iudices aliquid iusti uel improuide agitur etc.

6357=6201.

6358 (Fris. 158) membr. in 2°. s. XIV. 81 fol. cum initialibus variis. 731

Justiniani institutionum libri IV. In membrana asseri intus affixa fragmenta Vergilii Georg l. IV. saec. XII cum glossis cfr. Sitzungsb. der b. Ak. 1869, I, p. 3.

6359 (Fris. 159) membr. in 2°. s. XIV. 76 fol. binis columnis scriptus. 732

Collationes authenticorum Justiniani.

6360 (Fris. 160) membr. in 4°. s. X. 89 fol. 733

Ansegisi abbatis collectio Capitularium Karoli Magni et Hludovici Pii et Hlotharii. Cf. Pertzii Mon. g. h. III, 259. 266. Tegumento duo diplomata Frisingensia saec. XV. adnexa sunt.

6361 (Fris. 161) membr. in 2°. s. XI. 58 fol. 734

(Boetii) De musica id est armonica institutione libri V. Figurae multae desunt, spatiis vacuis ad eas describendas in codice relictis.

6362 (Fris. 162) membr. in 2°. s. XI. 90 fol. 735

F. 1 **Anicii M. S. Boetii** vc. et ill. excons. ordine ad patriciū in Topica M. Tullii Ciceronis commentariorum libri I—V et sexti pars = ed. Basil. p. 757—846.

f. 35 **(M. Tullii Ciceronis)** Somnium Scipionis. f. 38 Liber **Macrobii** in Somnium Scipionis. f. 89 sequuntur excerpta quaedam ex **Plinii** N. Hist. libro II (c. 17 sq. §§. 74—80) de stellarum cursu, deinde nonnulla de coniunctionibus elementorum. Sequitur f. 90 expositio de horologio sic incipiens: Rem quaesitu arduam et parvitati nostrae onerosam etc. Cf. Macrobii ed. Lud. de Jan I, LXV sq.

6364 (Fris. 164) membr. in 4°. s. X. 24 fol. 736

F. 1 Schema musicum, cui praecedit brevis expositio de definitione: 'Definitio est oratio brevis et lucida etc.'

f. 1ᵛ—23 Ex libris **Macrobii** de differentia stellarum et siderum 'Nunc uideamus quae sunt haec duo nomina' = Macrobii Comment. in Somn. Scip. I, cap. 14, §. 2 usque ad lib. II, c. 9 extr. Cf. Lud. de Jan Praef. I, LXIV sq.

f. 23ᵛ sq. Excerpta ex **Plinii** Naturalis Historiae lib. II, cap. 6. 8. 21 sq. 15—18. Descripsit Carolus Halm a. 1863 in usum Detlefsenii.

6365 (Fris. 165) membr. in 4°. s. XI. 121 fol. cum figuris et glossis; codex utrimque mancus. 737

F. 1 **Platonis** Timaei fragmentum, interprete **Demetrio Chalcidio.** Incipit: fruuntur inter conseptum et limitem suum continens

(= c. 15 p. 238 ad calcem S. Hippolyti opp. II. ed. Fabric.); desinit (ib. c. 23 p. 247) aevoque exaequatae naturae temporis socia natura nancisceretur imaginem. Explicit pars prima.

f. 5 **Calcidii** commentum. Desinit (c 324 p. 396 ed. Fabric.): nec octahedrum sed spirabilem silvam, nec icosahedrum nec cybum . . .

738 **6366** (Fris. 166) membr. in 4 mai. s. XI et X. 135 fol.

Manlii Seuerini Boetii uiri illustris excons. ord. in Periermenias Aristotelis editionis secundae libri VI. Vetus codex incipit a fol. 33 prioribus fasciculis deperditis, qui continuerant librum I et partem secundi usque ad p. 352 in ed. Basil. Deperdita a manu saec. XI in fol. 1—32 refecta sunt.

739 **6367** (Fris. 167) membr. miscell. in 4°. s. XI. 105 fol.

F. 1 Quaedam logicae partes descriptae.

f. 2 Cathegoriae **Aristotelis ab Augustino** de greco in latinum mutatae; cf. ed. Migne I col. 1419. Operi multis glossis repleto praecedunt versus X sic inscripti: Prologus **Alcuini** ad Karolum Augustum super kathegorias Augustini.

f. 16 De loco. 'Loci uocabulo multa exprimi solent' etc. f. 17 De tempore.

f. 18 **M. Tullii Ciceronis** Topica.

f. 26 **Boetii** commentariorum in Topica libri VI.

f. 84 Versus XXXIII (Boetii?) sic incipientes: Mittuntur domino munuscula uilia digno | Sumito quas curas metrorum carminis odas etc.

f. 85 **Anitii Manlii Seuerini Boetii** v. c. et ill. ex consulum ordine patricii liber quomodo trinitas unus deus etc. = ed. Basil. 957 - 962. f. 90 Eiusdem ad S. Johannem diaconum ecclesiae Ro. utrum pater et filius ac spiritus s. de diuinitate substantialiter praedicentur; cf. ed. Bas. p. 962. f. 91 Eiusdem ad eundem quomodo substantiae in eo quod sint bonae sint cum non sint substantialia bona. Post verba, in quae desinunt edd. vulgatae (p. 965 Bas.) 'alia aliud omnia bona' sequitur fol. 93—96 nullo spatio relicto pars, qua caret ed. Bas. 'Christianam fidem noui ac veteris testamenti pandit auctoritas — — gaudium sempiternum delectationibus. opus. laus perpetua creatoris. Explicit liber Boetii'. — f. 96 Aduersus Nestorium et Euticen pro persona et natura = p. 948—957 ed. Bas.

740 **6368** (Fris. 168) membr. in 4°. s. X. 43 fol.

Flauii Vegeti Renati uiri inl. comitis epithoma rei militaris libri numero IIII.

Singulis libris capitum tituli in rubris praemissi sunt; quintus qui vulgo fertur, quarto continuo adnexus est, sicuti index a principio indicat: 'naualis quoque belli praecepta subnectit'. His verbis initium cap. 1. 'In omni autem proelio — uictoriam' adiunctum est, ut illud ipsum incipiat sic: 'Nulla enim alia re'. Libri quarti cap. ultimum (V, 15 vulgo) in duo divisum est, scil. in verbis: 'Praeterea utile est' novum inchoat cum titulo:

quid fiat cum aperto marte bellum nauale committitur'. A calce legitur item rubris maiusculis: Flauius (? F L S) Eutropius emendavi sine exemplario Constantinopolim consuls Valentiniano August. VII et Abieni Flavii Vegati Renati viri inlustris liber IIII. explicit feliciter. — Libro usus est novissimus editor Carolus Lang in ed. Lips. 1869.

6369 (Fris. 169) membr. in 4 mai. s. XI. 70 fol. **741**

F. 1 **Ambrosii Macrobii** commentum in Scipionis somnium.

f. 60 **Ciceronis** Somnium Scipionis. Liber bonae notae in editione Turicensi curanda propterea adhiberi non poterat, quod in indicibus Schmellerianis libelli, qui in hoc codice inde a fol. 60 insunt, non descripti sunt.

f. 63 Sententiae philosophorum. Inc. Amici uitia nisi feras facias necesse est. — De mensuris. Inc. libra uel as. siue assis. XII. unciae etc.

f. 63 Epistola **S. Hieronimi** de carminibus = XI, 202 ed. Vall.

f. 65 Excèrpta ex **Isidori** Origg. (lib. III c. 19—22). f. 66 Excerptum de rythmimachia (eiusdem); cf. Gerberti Scriptt. I, 25.

f. 66 Conseruatio s. obitus S. presulis Syri. Extrema desunt.

6370 (Fris. 170) membr. in 4°. s. X. 46 fol. **742**

F. 1 **Boetii** liber de topicis differentiis. Desinit in verba: Et quoniam ueniente cecitate uisus abscedit . non esse proprium oculos habentium uidere conuincitur. Questio de proprio. Propositio maxima. Sed (sic sup. lin.) Ubi = lib. II p. 869 med. ed. Bas. Videntur duo fasciculi deesse; sequitur enim f. 9—15 nes. quae differentias secum habeant quantitatum . ut sunt universales ac particulares. eadem uis permanet terminorum etc. quae est Introductio ad categ. syllog. incipiens p. 563 ed. Bas., desinens in verba: at si proponat quis quendam hominem esse lapidem candemque conuertat dicens quendam = p. 575 init. Sequuntur alia, sed item vetere scripti manu:

f. 16 **Anicii Mallii Seuerini Boetii** Introductionis in cathegoricos syllogismos libri II. Secundus liber eandem librarii manum prodit, qui fol. 9—15 conscripsit. Cf. p. 580—605 ed. Bas.

f. 29 **Boetii** de syllogismo hypothetico libri II = p. 606 sqq. ed. Bas. In codice libellus titulo caret.

6371 (Fris. 171) membr. in 4°. s. X. 20 fol. **743**

F. 1 **Anitii Manlii Boetii Seuerini** de topicis differentiis libri IIII. Cf. ed. Basil. p. 857 sqq.

f. 17 Communis speculatio de rhetoricae cognatione. f. 18 Locorum rhetoricorum distinctio. Hi duo tractatus excerpti sunt ex libro IV de top. differ., id quod Angelum Maium praeteriit, qui eosdem ut ineditos in Class. auctor. III, p. 317 sqq. publicavit. In nostro tamen codice non ex superiore loco fol. 13 sqq. repetiti, sed, ut ex lectionum discrepantia apparet, ex alio libro transcripti sunt.

f. 19 De multifaria praedicatione potestatis et possibilitatis. Inc. Potestate esse aliquid dupliciter dicitur etc.

f. 19 Quomodo argumentum vel unde collocantur (colligantur?)

loci. Inc. Argumentum est oratio rei dubiae faciens fidem. Locus est argumenti sedes etc.

f. 19 Rithemus (?) de communione et differentia rhetoricae ac dialecticae. Inc. Multi rhetores uocantur atque dialectici — — illa tendit extorquere ab aduersario quod uult.

744 **6372** (Fris. 172) membr. in 4°. s. X/XI. 103 fol.

F. 1 **Boetii** de topicis differentiis libi IIII. f. 30 Eiusdem liber diuisionis. f. 40—45 Communis speculatio de rethoricae cognatione. Locorum rethoricorum distinctio. De multifaria praedicatione potestatis et possibilitatis. Quomodo argumentum vel unde colligantur loci. Cf. cod. antecedentem, fol. 19 sqq.

f. 45 LIBER ANTE PERIERMENIAS (in subscriptione Expl. lib. PERIERMENIAS). Est liber Boetii qui vulgo inscribitur: Introductio ad categoricos syllogismos p. 558 sqq. ed. Basil.

f. 69 Introductionis in cathegoricos syllogismos libri II. Sunt libri qui de syllogismo categorico in ed. Bas. p. 580 sqq. inscripti sunt.

f. 96 Inc. 'Cum in omnibus philosophyae disciplinis ediscendis etc. Est liber I Boetii de syllog. hypoth. usque ad p. 612 s. f. ed. Basil.

In fol. 1 legitur: Gotescalcho episcopo praecipiente. Antrico fideli eius clerico magistro scolae cum discipulis suis impetrante iste liber conscriptus est.

745 **6373** (Fris. 173) membr. in 4°. s. X et XI. 47 fol.

F. 1 s. X. Categoriae **Aristotelis** de greco in latinum ab **Augustino** mutatae. Praecedunt versus **Alcuini** ad Karolum regem Francorum super categorias. Liber in fine non est integer aliquot chartis exsectis. Margines scholia antiqua permulta habent.

f. 32 s. XI. **Boetii** libelli de trinitate, plane iidem qui in cod. 6367 f. 85 sqq. eodemque ordine, sed desunt in fine quaedam, cum liber adversus Nestorium in haec verba desinat: personam subiectam esse naturae nec praeter = p. 949 ed. Basil.

746 **6374** (Fris. 174) membr. in 4°. s. IX. 140 fol.

F. 1 Commentarium editionum **Boetii** in peri ermenias Aristotelis a se translatus (sic). Cf. ed. Basil. p. 215—289.

f. 86 **Boetii** commentorum in cathegorias Aristotelis editionis primae libri II. Desinit codex in verba: non enim servus ad hominem dicitur cum enim dominus non sit = p. 163 in. ed. Basil.

747 **6375** (Fris. 175) membr. in 2°. s. IX/X. 227 fol.

Eusebii aecclesiasticae historiae a **Rufino** in lat. linguam versae libri XI.

In fol. 1^{r} et 227^{v} vocabularii lat. fragmenta (literae R. S. T. U.) admixtis vocibus theotiscis, quas edidit Keinz in Germania 1870, p. 346. Cfr. Sitzungsber. der b. Ak. 1869, I, p. 5.

f. 1ᵛ—2ᵛ medio codicis Justinianei fragmentum; cf. Mommsen Abhandlungen der Berliner Akad. 1860 p. 350 sq.

6376 (Fris. 176) membr. in 2°. s. X. 219 fol. 748
Historiae ecclesiasticae ex **Socrate, Sozomeno** et **Theodoreto** in unum collectae et nuper de Greco in Latinum translatae in libris numero XII. (vulgo **Cassiodori** historia tripartita.)

6377 = cod. lat. 1002 cf. Catal. codd. latt. I, 1 p. 167.

6379 (Fris. 179) membr. in 2°. s. XV in. 153 fol., binis columnis nitide exaratus cum initialibus elegantibus. 749
F. 1 **Francisci Petrarchae** lib. de remediis utriusque fortunae.
f. 144 sq. **Senecae** de remediis fortuitorum liber.
f. 146 sq. De Republica **Tullii Ciceronis** modicum quod habetur. Est Somnium Scipionis.
f. 148 Historia Griseldis ultima in decameron translata de uulgari in literalem (?) sermonem per **Petrarcam**. In fine: Explicit historia Gr. translata de materno in latinum idioma per Petrarcam.
f. 152 Formulae quorundam medicamentorum.
f. 153 Notitiae chronologicae circa Papas ab anno 1404 ad 1409 et de electoribus Imperii Germanici et coronatione Imperatorum, item aliae.

6380 (Fris. 180) membr. in 2°. s. X—XI. 103 fol. 750
Pauli Orosii historiae contra accusatores temporum christianorum. Adiecta est fol. 102 sq. expositio de gradibus consanguinitatis.

6381 (Fris. 181) membr. in 4° mai. s. X. 200 fol. 751
Eusebii Caesariensis ecclesiasticae historiae libri IX seu (cum duobus a **Rufino** additis) XI.

6382 (Fris. 182) membr. in 4°. s. XI et IX. 172 fol. 752
f. 1 Vita S. Eufrosinae uirginis.
f. 7 **(Isidori)** Sinonima cum prologo. Explicit in defectu verbis 'excellens gloriae' = ed. Arev. VI, 487.
f. 10 Concordia testimoniorum **S. Gregorii** Papae urbis Romae.
f. 20 Tractatus **S. Augustini** episcopi a semetipso ad semetipsum, eadem subscriptione qua alter codex Remigianus apud Migne VIII, 1207.
f. 23 (sine titulo) Liber interrogatorius de differentiis rerum et etymologiis, maximam partem ex Isidoro compilatus. Incipit: Interrogatio. Inter deum et dominum quid interest? Responsio. Hoc interest ut in dei appellatione etc., cf. Isid. different. l. II, 1. Plura Isidori capitula sunt integra inserta, ut in fol. 28ᵛ 'de sinodis quatuor' = Etym. VI, 16, 5; in fol. 35ᵛ 'de diuersitate aquarum' = Etym. XIII, 13; fol. 36ᵛ 'de ventis' = Etym. XIII, 11, 1—18. — In fol. 39 habetur locus S. Augustini.
f. 41 Breuiarium Apostolorum et nomina uel loci ubi praedi-

cauerunt orti uel obiti sunt. Incipit: Symon qui interpretatur obediens . . .

f. 42 Supputatio Esdrae. Incipit: Kal. Jan. si fuerint dominico die hiems bona erit etc.

ib. De somni ueris uel mendosis quidam incipiunt in aetatibus lunae exploratis. Incipit: Luna prima quicquid uideris . . .

f. 43 Figurae ac nomina litterarum et numeralium graecorum, item in marg. fol. 42^{v}.

f. 43 Index evangeliorum per partem anni.

f. 44 (in pergamena diuersa) Epistola autographa **Erchanberti** episc. Frisingensis edita apud Pez. Anecd. t. 6 col. 76 ex hoc codice ipso.

f. 45—172 saec. IX. **Gregorii M.** Moralium libri XXX—XXXV.

753 **6383** (Fris. 183) membr. in 4^{0}. s. IX. 151 fol.

Eusebii ecclesiasticae historiae a **Rufino** in Latinum translatae l. XI. Quae legitur in fol. ultimo verso inscriptio, edita est in Sitzungsber. der b. Ak. 1869, I, p. 5.

754 **6384** (Fris. 184) membr. in 2^{0}. min. s. X et XIV. 121 fol.

F. 1 **Solini** descriptio multarum provinciarum et urbium et lapidum pretiosorum. Hic titulus orae marginis maiusculis circum circa inscriptus est. Incipit ab epistola Solini ad Adventum, praefatio deest. In fine: Expl f. l. (feliciter) G. Julii Solini grammatici polyystor. Cf. Mommsenii Praef. ed. suae p. XXXV et LXXXIX. Foliis 1—24 inscripti sunt in margine superiore loci Psalmorum graeci superposita interpretatione latina.

f. 48 S. **Augustini** lib. de institutione infantum.

f. 49 **Hieronimus** ad Marcellam de honaso. Inc. Medicos quos ciryrgicos uocant.

f. 50 saec. XIV (usque ad finem). Vocabularius etymologicus ordine alphabeti, ab initio mancus defectu 12 foliorum. Quae conservata sunt, a voce cervus pergunt usque ad vulpes.

f. 62 Expositio de diebus festis ecclesiae.

f. 78 Legendarius seu breves vitae Sanctorum. Inserta sunt hisce in fol. 118^{b} capitula de 'Longobardorum ortu' et de 'Machumet' cui accedit 'Cronica imperatorum' (usque ad fol. 120^{b}).

755 **6385** (Fris. 185) membr. in 2^{0}. min. s. X. 31 fol.

f. 1 **Isidori** capitula de novo testamento (de ortu et obitu Patrum capp. 65 – 86). f. 4 Eiusdem Allegoriae quaedam sacrae scripturae.

f. 12 **Alcuini** (?) disputatio puerorum. Incipit: In nomine diuino trino. Incipit sententia prima de operibus sex dierum iuxta disputationem puerorum cum interrogationibus et responsionibus eius.

f. 29 Episcoporum Romanorum a Petro usque ad Leonem (a. 816) series. — Tituli operum omnes desiderantur.

6388 (Fris. 188) membr. in 4°. s. X. 198 fol. 756

F. 1 **Liutprandi** historiarum libri VI.

f. 86 Chronica quam **Regino** quondam abbas Pruniensis comcomposuit. Cf. Waitz, Nachrichten der Göttinger gel. Anz. 1871, num. 15. In spatio vacuo fol. 86ᵛ adiectus est catalogus regum Francorum et imperatorum, quem Köpke edidit in Pertzii Scriptt. X, 136. — Plura de pretioso hoc codice disseruerunt Docen in Aretin Beiträge VII, 230—242 et Pertz Mon. Germ. hist. III, p. 269 sq. Liutprandi ex hoc codice primario editor.

6389 (Fris. 189) membr. in 4°. s. IX. 75 fol. 757

f. 1 Libellus **Blebe (Bedae)** prespiteri de locis sanctis quem de opusculis maioribus abreuiando composuit. Libellus in fine mancus duobus foliis descissis.

f. 15 **Candidi** expositio passionis domini secundum quatuor evangelia. In fine: Explicit. textus. IIIIᵒʳ euangeliorum. Candidi. Edidit ex codice Ratisbonensi (= Clm. 14614) Pez in Thes. Anecd. I. 240 sqq.

f. 67 **Augustini** ad Alipium tractatus. Incipit: Uide Alipi mi ubi tibi uideatur ueritas habitare.

6390 = nunc cod. lat. 1086 cf. Catal. I, 1, p. 175.

6391 (Fris. 191) membr. in 4°. s. XI. 193 fol. 758

Pauli Diaconi de gestis Langobardorum libri VI. — Ab initio excidit quaternio (libri c. 1—5 et pars cap. 6); libri sexti capp. 52 et 53 suo loco (f. 187) praetermissa addita sunt in fol. ultimo verso.

6392 (Fris. 192) membr. in 4°. min. s. XI. 55 fol. 759

f. **L. Annei Flori** Epitoma de Tito Liuio. Desiderantur in fol. 22 libri qui nunc fertur primi cap. 27 a vocibus 'mixta et adulterata' usque ad cap. 33; item in fol. 35 libri secundi capp. 6—11.

f. 50 **Lucii Annei Flori** epithoma de Tito Livio. Incipit: Aduentus Aenee in Italiam etc. Sunt **Livii** periochae, sed dolendum est in codice a vulgaribus multum discrepante non contineri nisi periocham librorum I—VII.

6393 (Fris. 193) membr. in 8°. s. IX. 276 fol. 760

f. 1 **Rufini** liber Sanctorum (de vitis Patrum).

f. 134 **Hieronymi** vita et acta Sancti Hilarionis monachi. f. 176 Eiusdem vita S. Malchi captivi. f. 186 Eiusdem vita S. Pauli.

f. 203 Vita S. Antonii, auctore **Athanasio** ep. Alexandrino, interprete **Evagrio**. Codex mancus exit in cap. 51 ed. Migne tom. 73. col. 163.

6394 (Fris. 194) membr. in 2° mai. s. XI. 193 fol. 761

Servii Honorati commentarius in Virgilii Bucolica (fol. 1—3), Georgica (f. 4—40), Aeneidos ll. XII (f. 40—193). Uti ab initio, ita in fine folium deest; incipit enim in eclog. 1, v. 23,

explicit in Aen. XII, v. 931. In folio 164 figura septem circulorum concentricorum cum versibus ambientibus, passim evanidis.

762 **6396** (Fris. 196) membr. in 2°. s. X. 136 fol.

Statii Papinii Thebaidos libri XII cum commentario Lactantii. Cum primum folium primi fasciculi perierit, nunc deest titulus et scholiorum initium, quae ab his vv. incipiunt: Si te ut perhibent integre amat iuppiter hoc ab eo impetra etc. = Schol. ad I v. 12 p. 4 edit. Tiliobrogae. Liber tamen I carminis integer inest, sed sine argumento metrico. Liber secundus hanc subscriptionem habet: S. PAPINII. SURSULI. LIB. II. EXPL. In fine codex mutilus est, desinens in versum: Icta quid tellus uirides grauis ungula campos = XII, 656. Notitiam codicis dedit Docen in Aretin's Beiträge VII, 242 sq.

763 **6397** (Fris. 197) membr. in 2. a. 1448. 103 fol. liber pulchre scriptus, cum initialibus ornatis.

Terentii comoediae sex, praemissis argumentis et epitaphio, cum glossis a manu recentiore additis.

764 **6398** (Fris. 198) membr. in 2° min. s. X. 135 fol.

Prisciani institutiones grammaticae libri XVI. In folio ultimo 'ordo librorum catholicorum qui in ecclesia romana ponuntur in anni circulo ad legendum et psallendum'.

765 **6399** (Fris. 199) membr. in 2° min. s. IX. 32 fol. binis columnis scriptus, sed dimidia fere parte spoliatus.

Bedae de arte metrica liber primus (f. 122), liber secundus de schematibus et tropis (f. 22—30). Additus est libellus interrogatorius 'de accentibus' (f. 30—32), incipiens 'Accentus quid est?' . . . .

766 **6400** (Fris. 200) membr. in 4° mai. s. X. 141 fol.

F. 1 **(Cassiodorii)** Rhetoricae compendium. Desunt extrema (c. 14—16) cf. Rhett. lat. min. ed. Halm p. 495 sqq.

f. 5 **M. T. Ciceronis** Rhetorica, i. e. libri II de Inventione.

f. 60 Commentum **Victorini** rhetoris in M. T. Ciceronis Rhetoricam. Desinit: tamen ex atributis personae tractatur = p. 174 ed. Orell. in Cic. Schol. I, 174.

767 **6401** (Fris. 201) membr. in 4°. s. XIV. 82 fol. admodum eleganter scriptus.

F. 1 sq. Pars lexici, praecipue res iuridicas explicantis, incipiens a voc. 'purgatio', desinens in v. 'religio'.

f. 3 **M. Tullii Ciceronis** libri III de officiis. f. 66 Eiusdem de amicitia.

768 **6402** (Fris. 202) in 4°. s. VIII. 63 fol., in extremis foliis tineis misere erosus et lacer.

Juvenci historia evangelica. Inscriptio haec est: In nomine atque adiutorio trinitatis sanctae amen. incipit prologus euan-

gelii uersuum. Exit in l. 4 vers. 790. Glossas aliquot theotiscas exscripsit Docen, quem v. in 'Aretin Beyträge' 7, p. 243 sq. Cfr. Graff in prooemio p. 47.

6403 (Fris. 203) membr. in 4 mai. s. X extr. 201 fol. 769

F. 1 M. **Tullii Ciceronis** ad Herennium rhetoricorum libri VI.
f. 53 **Anitii Manlii Seuerini Boetii** editionis primae in ysagogas Porphirii commentorum libri II; cf. ed. Basil. 1—45.
f. 87 Eiusdem editionis secundae (in Porphyrium) commentariorum libri V; cf. ed. Bas. p. 46—111. f. 129 Eiusdem editio prima in cathegorias arestotelis; cf. ed. Bas. p. 112—214. Initio libri IV in cod. nostro nonnnulla desunt.

In fol. 53 legitur: Gottsalcho episcopo (992—1004) praecipiente Antrico fideli eius clerico magistro scolae cum discipulis suis impetrante iste liber conscriptus est.

6404 (Fris. 204) membr. in 2^0 min. s. X. 51 fol. 770

F. 1 Disputatio de uera philosophia **Albini** magistri, i. e. **Alcuini** liber de VIII partibus orationis. Cf. H. Keil, de grammaticis quibusdam (Erlangae 1869) p. 7.
f. 29 S. **Hieronimi** sententia de utilitate grammaticae artis. Additus locus **Augustini**: 'quatuor necessaria sunt in ecclesia dei'. Tum sequuntur f. 30 Pauca de philosophia et de eius partibus (libellus interrogatorius); incipiunt 'philosophia quid est — Grecum nomen est . . .
f. 32 **Bedae** liber de arte metrica, f. 45 eiusdem de scematibus sicut alii uolunt liber secundus. — f. 41 non huius codicis exhibet fragmentum (Servii) Honorati grammatici 'de finalibus litteris' et 'de mediis syllabis'. In fol. 45 inserti versus (octo): 'Aureus ac simul Justinus fexa (in rasura) praelia mundi . .
f. 50 Versus **Columbani** (quae fertur ad Hunaldum epistola) acrostichi, a versu 18 altera epistola incipit, uti apud Goldast. in paraenet. vet. p. 47—51:

Suscipe Sethe libens et perlege mente serena . . .

His versibus Columbani succedunt alii vix legibiles

Accipe sancte pater pauper quae munera Strabus . . .

De codice egit Docen in Aretin Beiträge VII, 253 eodemque usus est propter aliquot glossas theotiscas Graff. Aenigma fol. 31^v editum im Sitzungsber. der b. Ak. 1869, I, p. 12.

6405 (Fris. 205) membr. in 4. s. XI. 90 fol. 771

F. 1 **Cassiodorii** rhetoricae pars maior, ut in Fris. 200.
f. 4 **Ciceronis** de inventione libri II. In fine leguntur hi versus:

Pars est rhetoricae sollers inuentio prima.
Dicendi constat bene conditus ordo secundus
Tertia condignis sequitur pars acta duobus;
Quarta rogat memorem collecta tenere ministrum
Explet et ornatum dicentis formula quintum.

f. 43 Fratri Ruodperto **Notker** de exilio. Vix mihi es notus etc. Epistola edita est in Pezii Thes. Anecd. tom. VI, 108.

f. 45 M. **Victorini** comment. in lib. de Invent. fragmentum. Inc.: Omnis res argumentando firmatur — — longinquitatem eius debemus inspicere = ed. Orell. p. 68—80.
f. 52 **Boetii** de arithmetica libri II cum figuris. Usus est libro God. Friedlein in ed. Lips. 1867, cf. p. 2.
f. 90 Tabula affinitatum. — Cf. Aretin Beiträge VII, 526 sqq.

772 **6406** (Fris. 206) miscell. membr. in 4°. s. XI—XIII. 68 fol.
F. 1 s. XI **(Grillii)** Commenti in Ciceronis de inventione libros particula. Cf. Halmii praef. ad Rhett. latt. min. p. XV.
f. 17 s. XIII. Argumenta iuris canonici, hoc titulo vetere manu adiecto, sed admodum obscurato, ut aegre iam legi possit: 'Ulerici Suthonis est iste' (liber). Inc. Humanum genus duobus modis regitur naturali uidelicet iure et moribus.
f. 37 s. XII. **Curii Fortunatiani** de arte rhetorica libri III (sine titulo et subscriptione). Cf. Rhett. lat. min. ed Halm. p. 81. Sequitur f. 55: De officio oratoris. Sunt **Augustini** quae feruntur Principia rhetoricae, quae in plerisque codd. Fortunatiano adiecta sunt; titulus autem ille 'de officio oratoris' ad primum libelli caput pertinet. Cf. Rhett. min. p. 137.
f. 61—68 s. XI **Geometrica ars** cum figuris. Incipit: Igitur geometricae artis peritiam qui ad integrum nosse desiderat etc. Desinit: Diametrum quodlibet unum quinque cum supplementis duobus.
f. 68 Declamatio anonymi ad principem quendam directa, qua petit ut in integrum restituatur. Inc. Qui de opum natura scripserunt eos ad similitudinem militaris disciplinae uitam agere docuerunt. Sermo huius declamationis haud inelegans est.

773 **6407** (Fris. 207) membr. in 4°. s. IX. 119 fol.
F. 1 Disputatio de rethorica et uirtutibus sapientissimi regis **Karli** et **Albini** magistri. Usus est libro C. Halmius in Rhett. lat. min. p. 523 sqq.
f. 38 Schemata varia, quae repetita sunt in editione Frobeniana Alcuini II, 1, p. 331—333. Sequuntur septem disticha **Albini** quae leguntur ibid. p. 333.
f. 43 Inc. Me lege qui ueterum cupias cognoscere sensus etc. Est **Albini** dialogus de dialectica II, 1, p. 335 sqq. ed. Frob.
f. 75 S. **Augustini** Soliloquium de tr.nitate.
f. 82 Hic incipit novus fasciculus, iis quae sequuntur ex alio codice adnexis. Inc. Oportet igitur secundum eandem sapientis salomonis doctrinam eum qui sapientia scire desiderat incipere ab eruditione morali etc. Agit auctor de tribus disciplinis, morali et naturali et inspectiva, de quibus Salomo tres ibros edidit, proverbia, ecclesiastici, canticum canticorum.
f. 90 Fides **Augustini** ex libro primo de doctrina cristiana. Ex eiusdem libro de uera religione. De decem categoriis Augustini. Quomodo sancta et sempiterna atque incommutabilis trinitas facillime possit intellegi. Quo argumento colligendum sit deum esse.

f. 98 Dicta **Albini** diaconi de imagine dei. Cf. ed. Frob. I, 339.
f. 101 Dicta **Candidi** presbyteri de imagine dei. Edidit Frobenius in opp. Alcuini II, p. 596.
f. 103 **S. Augustini** ex libro soliloquiorum. Eiusdem exemplar fidei catholicae.
f. 105 **Albini** ad Oduinum presbyt. epistola = II, 127 ed. Frob. Eiusdem (?) Credo in unum deum. De septem sigillis in apocalipsi. f. 110 Varia excerpta minora ex Hieronymo, Cyrillo, Augustino, Jsidoro.
f. 114 Epistola **Isidori** episcopi ad Masionem episc. de restauratione sacerdotii. Cf. ed. Paris. 1601 p. 352.
f. 118 Logicalia quaedam. f. 119 Formula exorcizandi. — Cf. Aretin Beitr. VII, 254 sqq.

